N 491



HENRY D. GILPIN.

1117

C. MUSONII RUFI

PHILOSOPHI STOICI

RELIQUIAE ET APOPHTHEGMATA.

C. MUSONII RUFI

PHILOSOPHI STOICI

RELIQUIAE ET APOPHTHEGMATA.

CUM ANNOTATIONE

EDIDIT

J. VENHUIZEN PEERLKAMP,

CONRECTOR GYMNASII HARLEMENSIS.

HARLEMI,

APUD VIDUAM ADRIANI LOOSJES P. F.

MDCCCXXII.

VIRIS AMPLISSIMIS

JANO VAN STYRUM,

JANO VAN WALRÉ,

ABRAHAMO DE VRIES

ET

ROBERTO HENDRICO ARNTZENIUS,

CURATORIBUS GYMNASII HARLEMENSIS.

D. D. D.

J. VENHUIZEN PEERLKAMP.

PRAEFATIO.

Quod aliquando consilium ceperat summus Wyttenbachius singulari editione frequentandi omnia, quae ex Musonii scriptis supersunt, perficere per alias occupationes non potuit, hoc ego conatus sum, addita Nieuwlandii Disputatione de Musonio, ut etiam Wyttenbachius in animo habuerat. Hanc legem sibi praescribere Wyttenbachius consueverat, ut, priusquam aggrederetur in aliquo antiquitatis scriptore emendando illustrandoque operam collocare, diligenter secum agitaret, num editio requireretur necne, et an scriptor ea esset praestantia, ut cura hominum doctorum dignus in lucem edi mere-

retur. Hac clarissimi viri admonitione nihil praeclarius neque utilius rei literariae esse, non est quod dicam. Si enim auctor pene omnibus erroribus, qui aut temporis longinquitate aut incuria et negligentia librariorum irrepserunt, diligentia doctorum liberatus sit, ut pauca admodum vel nihil amplius quis conferre queat, quo magis in pristinam restituatur integritatem, editio nova supervacanea videri possit; vel si tam leve et futile libri sit argumentum et omnis ab eo scriptionis elegantia remota, ut parum referat, utrum perierit, an superstes manserit, adeoque nulla se virtute commendet auctor, neglectus potius jaceat, quam ut graviori et politiori auctori labor et cura detrahatur. Musonii itaque fragmenta, quae, ut probabile est, memoriae prodidit Pollio Grammaticus et ab aliis praesertim a Joanne Stobaeo servata sunt, publici juris facere decrevi, de quorum praestantia si mihi minus esset persuasum, certe ut mihi persuaderem, me moveret Wyttenbachii auctoritas.

Omnes Dissertationes sunt argumenti moralis et Socratica disserendi ratione scriptae, ut consectaria illa Stoicorum brevia et acuta inducti-

tione et exemplis ornet et illustret. Oratio ejus Xenophonteam spirat simplicitatem et facilitatem. In disserendo ita morem Stoicorum sequitur, ut, quae Cicero (de Fin. V. 28.) de disputandi ratione Stoica ait: *mirabilis est apud illos contextus rerum: respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus; quid sequatur, quid repugnet vident:* haec merito de ipso dici possint. Nihil autem ei fuit antiquius, quam id spectare, ut quodcumque pertineret ad vitae rationem et ad mores suorum emendandos, et valeret ad bene beateque vivendum, de eo cum suis disputaret. Disputavit autem cum qualiscunque conditionis hominibus, ubicunque occasio daretur, non modo de rebus maximis et gravissimis, sed etiam de minimis et vilissimis, quae saltem hujusmodi videri possint, nec tamen sunt, ut de usu cibi ac potionis, de tonsura etc. Retulit philosophum non horrido et aspero cultu se communi hominum usui excerpendo, sed moribus, sed humanitate, sed vitae integritate, ut conjicere licet ex iis, quae ipse, et quae alii de eo memoriae prodiderunt. In luce autem et hominum celebritate quum versaretur, nemo vitae communi salutaria peni-

tius illo perspicere, et in suorum aliorumque utilitatem convertere melius potuit: quare dolendum est, non omnia ejus scripta posteritati esse relicta, cum quae supersunt apud varios auctores dispersa, adeo sint egregia. Has reliquias Nieuwlandius collegit et in eum ordinem redegit, quem ego in hoc libro edendo tenui, sed unam Dissertationem addidi (Lib. II. c. 3.) quae Gesnero et Fabricio videtur esse Musonii, Nieuwlandio autem Junci aut Teletis. In non paucis locis lectio depravata et corrupta manum medicatricem desiderabat, quam Nieuwlandius adlaturus fuisset, ut videtur, nisi ab hac studiorum ratione revocatus esset mathematica disciplina et rerum coelestium contemplatione. Nemo certe huic operi ad felicem exitum perducendo magis eo par fuisset. Acerrimum enim in eo vigebat judicium in veris a falsis discernendis, et hoc praeclarum, quod a natura fautrice acceperat donum, industria et lectione optimorum auctorum amplificaverat et auxerat: ad quorum elegantiam percipiendam et sententiam recte intelligendam etsi quis natus sit, tamen non parum, refert, quibus ducibus et admonitoribus utatur. In hac quoque re ha-

habebat Nieuwlandius, cur suam laudaret fortunam. Wyttenbachio enim et Hieronimo Boschio usus est doctoribus, qui juvenem patrio amore complectebantur, et latentia in ejus animo semina virtutis et doctrinae ut animadverterant, ita ut ad maturitatem pervenirent, summa ope contenderant, quo factum est, ut mox ille se talem eruditis praestaret varia et accurata doctrina, ut in omnium versaretur admiratione, edita in lucem eximia illa Disputatione de Musonio Rufo Philosopho Stoico; quod opus et in patria et in exteris regionibus summo cum applausu acceptum est. Libet hic apponere judicia de ea Disputatione, quae tulerunt V. V. D. D. in Germania ex libello, quo recens editi libri inquiruntur et dijudicantur (Göttingsche Anzeigen 110 tom. d. 10 Julii 1783) ubi haec inter alia leguntur: *utrumque opus* (Nieuwlandii sc. et Scholteni, qui eodem tempore Disputationem ediderat de Philosophiae Ciceronianae loco, qui est de Natura Divina) *stilo est compositum eleganti et vere Latino, utrumque testatur quantam notitiam Veterum habeant, inprimis philosophiae antiquae, et qua sint ingenii felicitate et judicii acumi-*

 ne.

ne. Adhortamur doctum scriptorem (Nieuwlandium) *ut omnes reliquias Musonii colligat et in lucem mittat, quod aliquando futurum sperare possumus, cum alicubi hoc polliceatur* (vid. Diss. p. 62.) Et revera Nieuwlandium cogitavisse de edendis Musonianis reliquiis ex eo mihi licet conjicere quod ad descriptas Musonii dissertationes et fragmenta hic illic pauca annotarit, quae meis animadversionibus inserta legi possunt.

Abrahamus Vriesius pari doctrinae humanitate imbutus et in literis juvandis nulli secundus, auctor mihi fuit, ut Musoniana ederem adjecta Nieuwlandii Disputatione, quod ego munus libens suscepi, cum ob Musonii scriptorum dignitatem, tum ob Nieuwlandii operis praestantiam, quod jam rarius factum, iterum merebatur typis exprimi. Non alienum esse mihi videtur hoc loco referre, quanti Joh. Jacob. Hottingerus hoc egregium Nieuwlandii eruditionis et judicii specimen faceret, ut ex Epistola ad Scholtenum et Nieuwlandium apparet, quam A. Vriesius, ut est diligentissimus in omnibus rebus, quae ad rem literariam pertinent, asservandis, quae aliis fortasse leviores videntur, ipsi non

non item, mihi describendam dedit. Quae epistola etsi est ad utrumque scripta Scholt. et Nieuwl. nempe, confido tamen Scholtenum clarissimum non aegre esse laturum, quod hic senex laudis memoriam repetitam legat, qua juvenis cum Nieuwlandio suo dignissimus judicabatur. — *Egregiis Juvenibus B. P. v. W. Scholteno et Petro Nieuwlandio. S. D. Joh. Jacobus Hottingerus. Nihil profecto gratius mihi accidere potuit munere isto, quod vestra utriusque in me benevolentia oblatum nuperrime accepi. Equidem doctrinam vestram diligentiamque miratus praeclara quaevis a vobis exspecto, si quam ostenditis spem, laetissimam illam sane, implere gnaviter pergatis. Ego autem me certe beatissimum putabo, si levis illa tenuisque opella, quam adhuc literis navavi, vel minimum apud vos valuit ad verae laudis cupiditatem, quanquam et intelligo profecto longe illustriora gloriae virtutisque exempla, quae intueamini, vobis esse in propinquo posita, neque me dignum ullo modo sentio iis laudibus, quibus tu me Scholteni doctissime juvenis in literis tuis nimium mei amans affe-*

 cis-

cisti. Quemadmodum autem ex quo te primum videre mihi contigit, tui memoriam apud animum servavi jucundissimam, ita vos nunc egregium amicorum par cognito vestro ingenio et doctrina sic amplector ut mutuae amicitiae foedus inter nos sancitum firmatumque cupiam vehementer. Quod ut a mea parte fieret testatius, adjunxi munusculum, quod nisi pretium ejus internum, saltem mei amor vobis commendabit. Valete meque vestrum utriusque studiosissimum amare pergite. Scripsi Turici d. 4. Octobr. 1783.

Typis itaque Disputationem illam repetere placuit eaque addere quantumvis pauca, quae Nieuwlandius sua manu post Disputationi hic illic adjecerat. Vix autem manum operi admoveram, quum Jacobus Geelius, utriusque linguae et Graecae et Latinae peritissimus non minus, quam cognitione recentiorum linguarum excellentissimus me conveniret et sibi eadem esse in animo declararet, at, qua est humanitate, se quod proposuisset, missum esse facturum, quo mihi liberior campus, in quo excurrerem, relinqueretur; in eo tamen me sibi gratum facturum, si nonnulla, quae ipse annotas-

tasset in Musonium, meis annotationibus insererem. Equidem quum nihil magis e re mea esse statuerem, quam ubicunque facultas mihi daretur illustrandi auctoris ea uti, haec a viro amicissimo oblata in usum meum convertere non nolui, ob eamdemque causam, quae mecum communicavit annotata in duas Dissertationes Musonii editas in Philomathiae Tomo Priore Cl. I. Brinkius decus et ornamentum Academiae Groninganae, non nisi perjucunda mihi fuerunt, quae suo loco inserta legi poterunt.

Plurima et maxima Fragmenta apud I. Stobaeum inveniuntur, in quibus describendis usus sum editione Gesneri Tiguri 1559, et textum, ut vocant, ejus editionis ubique secutus sum, praeterquam quod uno loco nescio quomodo acciderit, ut emendatior lectio Scovianae Editionis sit data ex brevioribus Fragmentis sexto, quod ita incipit ἀρχὴ ἀκολασίας etc. p. 255. Quodsi integram editionem Nicolai Scovii haberemus, eam fuissem secutus, sed cum non ulterius tendat quam ad finem Serm. XXVII. existimavi praestare, ut similitudo libri sibi ubique constaret, totum Gesneri textum exhibere, quam partem eamque minimam Scovianae

Editionis dare. Titulus autem huius editionis sic se habet: Joannis Stobaei Sermones E Mss. Codicibus emendatos et auctos edidit Nicol. Schow. Professor Hauniensis (Pars I. sermo I—XXVII.) Lipsiae in Libraria Weidmannia. MDCCXCVII. Quod reliquae partes desiderantur, in causa fuit vehementissimum incendium anno 1794 ineunte, quo, ut regium palatium (tunc temporis Scovius praefectus erat educando et docendo Principi Christiano Friderico,) ita etiam omnes libri cum Mss. Scovii deleti sunt. Maximam igitur partem auxilio Mss. destitutus sum, quod tamen damnum aliquatenus Clemens Alexandrinus compensavit, qui saepe complures versus ex Musonii Scriptis suos fecit, nulla auctoris mentione facta, et nonnulla loca ita adumbravit, ut inde aliquid adjumenti mihi oriretur in emendandis corruptis. Haec doctissimi Patrum furta a nemine ante detecta summus Ruhnkenius detexit primus. vid Tim. Lex. p. 231. in voc. *σισύρα.* Non parum igitur voluptatis mihi adtulit, quod in paucis locis, quae conjeceram, lectione Clementis confirmata conspicerem. Ejusdem scriptis usum esse et ita quaedam eodem

mo–

modo, quo ego conjeceram, conjecisse Cl. Jacobsium, tum demum vidi, quum jam adnotationes meas ad finem perduxeram. Jacobsius in ultima parte locorum Selectorum ex variis auctoribus Graecis in usum juventutis editorum, duas dedit dissertationes Musonianas: de Victu, De Vestium, Aedium et supellectilium magnificentia, quae reperiuntur in mea editione Lib. II. c. 4. II. 6. — Antea ediderat Jacobsius Epistolam Criticam in Stobaeum ad Nicol. Schow. Gothae apud C. W. Ettingerum Amst. apud J. Roederum et soc. MDCCXC. quas animadversiones cum scriberet, Clementem non legisse videtur. In hac itaque Epistola aliter conjecit, quam in nuper edito libro. Quoniam quae ego annotaram ad duo illa capita, jam typis erant expressa, Jacobsii animadversiones ex libro supra dicto, hic addere mihi placet.

Lib. II. c. 4. 189 vs. 1. εἰώθει Musonius nempe, e cujus monumentis haec et sequentia loca sunt ducta.

vs. 2. ἐντεταμένως Sic rursus apud Stobae. XXIX. p. 204. 2. παρώρμα δὲ πρὸς ἄσκησιν τοὺς συνόντας ἐντεταμένως (vulgo ἐντεταγμένως) ἀεί. —

vs.

vs. 9. *τὴν σύμφυλον.* Possis suspicari hic excidisse vocc. *τῆς ἀσυμφύλου.*

vs. 12. *καλῶς.* Pro eo dedi *ἀκακῶς*, cum diversa lectio Mss. *οὐκακως* ex *ἀκακῶς* videatur orta. Syllabae *οὐ* et *α.* saepe inter se mutantur.

vs. 15. *αὐτόθεν.* Loco ipso, sine ullo apparatu.

p. 190. vs. 1. *ὡραῖα.* fructus, qui sua quique tempestate ad maturitatem perveniunt. Athenae. X. p. 420. a. *ποτὲ δὲ καὶ τῶν ὡραίων εἰσεφέρετό τι, τοῦ μὲν θέρους ἄπιος, ἢ ῥοιά, τοῦ δὲ ἔαρος ὦχροι, κατὰ δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἴσχαδες.* vid. Graevius Lect. Hesiod. c. II.

vs. 2. *καὶ ὅσα..... ἀνεπιτήδ.* i. e. *καὶ ἔστιν ἃ πυρὸς μὲν δεῖται, οὐ δὲ ὅμως ἀνεπιτήδεια ἔστιν, ἐι τοῦ σιτώδους ἢ λαχανώδους γένους γίγνεται.* Hic locus ob oculos versatus est Clementi Alex. Paed. II. c. 1. p. 173. *μὴ γὰρ οὐχ ἔνεστι καὶ ἐν εὐτελείᾳ σώφρονι. πολυειδία ἐδεσμάτων ὑγιεινή; βολβοί, ἐλαῖαι, λαχάνων ἔνια, γάλα, τυρός, τά τε ὡραῖα, ἑψήματά τε παντοδαπά, ζώμων ἄνευ.* Cf. p. 174.

vs. 5. *Τὴν . . . . . κρεώδη.* Vid. de hac sententia, quae originem debet Pythagorae, Ovid. Metam. XV. 75. seq.

vs. 7. *βαρυτέραν.* Clem. Alex. l. c. p. 167. 21. *ἡ δ' ὑπερβλύζουσα τὴν αὐτάρκειαν δίαιτα τὸν ἄνθρωπον κακοῖ. νωθοῖ μὲν τὴν ψυχὴν κ. τ. λ.* Plut. de Esu Carnium Orat. I. c. 6 T. II. p. 995. E. *οἶνος γὰρ καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον ψυχὴν δὲ ἀσθενέα . . . . τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ἡμᾶς οἱ Ἀττικοὶ καὶ παχεῖς καὶ ἀναισθήτους καὶ ἠλιθίους μάλιστα διὰ τὰς ἀδηφαγίας προσαγορεύουσιν.* Horat. II. Serm. II. 77. Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque praegravat una Atque affligit humo divinae particulam aurae. Apollonius contendebat usum carnium *παχύνειν τὸν νοῦν*, vinum vero *διαθολοῦν τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέρα.* Philostr. vit. Apoll. I. 8. p. 10.

vs. 9. *θολωδεστέραν.* Plut. L. L. F. *οὕτω δὴ καὶ διὰ σώματος θολεροῦ, καὶ διακόρου καὶ βαρυνομένου τροφαῖς ἀσυμφύλοις, πᾶσα ἀνάγκη τὸ γάνωμα τῆς ψυχῆς καὶ τὸ φέγγος ἀμβλύτατα ἔχειν.*

vs.

vs. 9. ἐπισκοτεῖν. Aristot. apud Stobaeum XX. p. 174. 13. ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις, οὐκ ἐᾷ βλέπειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς πόσιν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαιρόμενος τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ. Isocrat. Or. de Pace c. 3. p. 253. Ed. Lang. τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθὲν ἐπισκοτεῖν τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον. Clem. Alex. ἁι δὲ ἀμαυροῦσι τὸ κάλλος τὸ ἀληθινὸν, ἐπισκιάζουσαι χρυσίῳ.

vs. 14. τοὺς ἀπὸ γῆς. Sequitur illam sententiam, corpora coelestia, quae pro Diis habebantur, vaporibus e terra surgentibus ali. Cicero de Nat. Deorum III. 14. 37. Non eisdem vobis placet .... ali solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis? Porphyr. de Antro Nymph. c. 11. τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἐδοκεῖ. ἄστρα ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως. Vid. Menag. ad Diog. Laërt. VII. 145.

vs. 20. Ἡρακλείτῳ. Sententia hujus philosophi Ephesii, animam siccam optimam esse, utitur quoque Plutarchus, de Esu Carnium

orat.

Orat. I. c. 6, T. II. p. 995. F. F. de carnis esu. Clemens Alex. Paed. II. 2. p. 184. 19. de vino. De sententia Heracliti vid. Misc. Observ. Vol. V. T. III. p. 42. Heyne Op. Acad. T. III. p. 93.

p. 191. vs. 3. *πανουργεῖν π.* De artificioso et luxurioso apparatu. Hinc Plut. de Tuenda Sanit. T. II. p. 126. A. *τὰ πανοῦργα ταῦτα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα.*

vs. 5. *παραπεσοῦσι.* e. i. *τυχοῦσι.*

vs. 7. *ἐφηδύνειν. ἀρτύσαι.* Aelian. H. A. X. 30. *τοῖς μὲν ἡδυσμένοις (κρέασι) χαίρει, τοῖς δ' ἀσπουδάστως ἑφθοῖς πάνυ ἄχθεται.*

vs. 8. *κολακεύειν. ἡδίω ποιεῖν.*

vs. 10. *μαγειρικὰ.* Ut e. g. carmen Archestrati *γαστρονομία* vel *ὀψοποΐα* dictum; et apud Romanos Apicio tributus liber de Opsoniis et Condimentis.

vs. 13. *Πολὺ γοῦν κάκιον.* Muson. apud Stobaeum

baeum XVIII. p. 167. 32. δεῖπνα παρατίθενταί τινες, ἀγρῶν ἀναλίσκοντες τιμάς, καὶ ταῦτ' οὐδαμῶς ὠφελουμένων τῶν σωμάτων ἐκ τῆς πολυτελείας τῶν βρωμάτων. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, οἱ ταῖς ἐυτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς ἰσχυρότατοί ἐισι, Cf. Horat. II. Serm. II. 70-76.

vs. 22. στρυφνοῦ. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 237.

p. 192. vs. 2. ὀρνιθείου. Dedi pro falsa lectione πλειόνων cum Schaefero ad L. Bos. p. 283. πιόνων. *gallina altilis*, vel pretiosior avis. Lucian. Epist. Satur. 23. T. IX. p. 28.

vs. 9. Μάνην. i. e. δοῦλον vid. Menag. ad Diog. Laërt. V. 55. Upton. ad Arrian. Epict. III. c. 26. 37.

vs. 11. ἐκεῖνοι. Dedi καὶ γὰρ ἐι ex Ms Parisiensi.

vs. 18. ἐνδιδόναι. ἔικειν, χαλᾷν. vid. Ruhnk ad Tim. p. 101.

vs.

vs. 19. ἐνδοὺς. Arrian. Diss. Epict. IV. 9. 14. *μὴ πάθῃς τὸ τῶν ἀγεννῶν ἀνθρώπων, ὅι ἅπαξ ἐνδόντες, ἐις ἅπαν ἐπέδωκαν ἑαυτούς.*

Lib. II. c. 6. vs. 3. Ἐυθὺς. Ne longe abeam, exempli gratia. Plut. de Curios. c. I. T. II. p. 515. D. *οἷον ἐυθὺς ἡ πολυπραγμοσύνη.* Idem de Cupid. Divit. c. 2. T. II. p. 529. D. *ὅθεν ἐυθὺς ὁι Στωϊκοὶ.* vid. Casaubonus ad Athen. VIII. 9. p. 604.

vs. 10. ἐπιστρέφειν. Arrian. Diss. IV. 9. 7. *ἐσθῆτα ἐπιδεικνύειν θέλεις στιλπνήν, ἵνα τὰς γυναῖκας ἐπιστρέφῃς.*

vs. 11. Δεῖ γὰρ. Forte *τὸν ἄνθρωπον* vel *ἄνδρα* subintelligi possit; sed praestat fortasse ex superioribus hic *τὴν σκέπην* subintelligi. Sic saltem hunc locum videtur comprehendisse Clem. Alex. Paed. II. 10. extr. p. 239. *δεῖ δὲ τὴν σκέπην ἀυτὸ τοῦτο* (vulgo *ἀυτοῦ*) *κρεῖττον ἀποφαίνειν τὸ σκεπόμενον, ὡς τὸ ἄγαλμα τοῦ νεώ, καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, καὶ τῆς ἐσθῆτος τὸ σῶμα.*

vs. 12. τὸ σκεπόμ. i. e. τὸ σῶμα.

p. 200. vs. 8. *ταινίαις*. Praeterquam quod fascibus in vulneribus ligandis, veteres usi sunt, pectus quoque et alvum iis tegere solebant. vid. Pierson ad Moer. p. 361. seq. De vulnerato dicit Lucian. Conviv. T. IX. p. 84. *ταινίαις κατειλημμένος τὴν κεφαλήν.*

vs. 9. *περιδέσει πίλων*. De Socrate Alcibiades refert apud Platonem Conv. p. 220. B. *πρὸς τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, καὶ ποτε ὄντος τοῦ πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἢ εἴτις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας. κ. λ.* Hoc genus calcementorum quae Latini *impilia* vocarunt (vid. Harduin. ad Plin. XIX. 10) praesertim aegroti gerebant. Hinc Lucianus de Podagra *πιλαφορεῖν οἶδας*. Epigr. XXVII. vid. Animadv. in Anthol. Graec. T. II. P. II. p. 428. Usus tibialium antiquis ignotus erat.

vs. 12. *ἡλιεῦσθαι*. Secundum Parisiensem Ms. dedi *ἡλιοῦσθαι*, cui opponitur *σκιατραφῆναι*. Plato de Rep. VIII. p. 556. D. *πολλάκις ἰσχνὸς ἀνήρ, πένης, ἡλιωμένος παραταχθεὶς ἐν μάχῃ*

μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατραφηκότι. Phaedr. p. 239. C. ὀφθήσεται δέ τινα μαλθακὸν καὶ οὐ στερεὸν διώκων οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τεθραμμένον, ἀλλὰ ὑπὸ συμμιγεῖ σκιᾷ. ubi vid. Heindorf. p. 228.

vs. 13. ἑνὶ χρῆσθαι χ. Gerebant plerumque duplicem χίτωνα et ἱμάτιον, quod posterius vestimentum si tantum gererent, appellatur quoque nonnunquam χιτών. Praeter severiores philosophos, mulieres Dorienses frigoris, laborum etc. patientes tali vestis genere utebantur. Eustat. ad Il. ξ. p. 963. ἄζωστοι ἦσαν καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θάτερα ἐπιπεπορπημέναι. vid. Valcken. ad Herodot. V. c. 87. Plut. vita Lycurgi c. 16. T. I. p. 50. C. de pueris Spartanis γενόμενοι δωδεκαετεῖς ἄνευ χιτῶνος ἀεὶ διετέλουν, ἓν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες.

vs. 15. κινδυνέυει. Idem dicit Clem. Alexand. l. l. c. XI. p. 240.

vs. 18. ἀλυπίαν. Pro eo Ms Paris. εὐλυσίαν, sed minus clarum exhibet sensum.

p. 201. vs. 3. *θάλπος.* Dedi *θάλπους* ex Ms. Paris.

vs. 4. *ἡλίου . . . ἐπικούρ.* Callim. Fragm. CXXIV. *Ἴδεος* (caloris) *ἀμφι δέ οἱ κεφαλῇ νέον* Ἁιμο-*νίηθεν* Μεμβλωκὸς *πίλημα καὶ ὑετοῦ ἄλκαρ ἔκειτο.*

vs. 7. *ἔιπερ ἄρα.* Si tamen. Themistius Or. XXXII. p. 359. *οὔχι οὖν ἐκκόπτειν αὐτὰ πειρᾶσθαι χρεὼν, ἀμήχανον γάρ, ἀλλ', ἔιπερ ἄρα ἔιη, ἐπικόπτειν τε καὶ πραΰνειν.* Ita quoque Elliptice adhibetur *ἔιπερ.* vid. Heindorf ad Plat. T. III. p. 255. Boeckh. de Plat. Min. p. 149.

vs. 10. *ποικίλαι χρήσεις.* Edidi *χρίσεις* tabulas pictas in parietibus. Aelian. H. A. VI. 14. *τοῖς δὲ θριγκοῖς καὶ τοῖς λελειωμένοις ὑπὸ τῆς χρίσεως ἐπαναβαίνουσιν*, ubi antea etiam legebatur *χρήσεως.*

vs. 10. *χρυσόροφοι.* Ita cum Mss. pro *χρυσόφοροι.* Lucianus de Domo. T. VIII. p. 97. *ἡ τοῦδε τοῦ ὄικου ὀροφή· τῷ χρυσῷ ἐς τοσοῦτον κεκόσμηται, ἐς ὅσον καὶ οὐρανὸς ἐν νυκτὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκ διαστήματος περιλαμπόμε-*

μενος. Lucan. X. 112. laqueataque tecta ferebant Divitias crassumque trabes absconderat aurum. Horat. II. Od. XVIII. 1. non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar.

vs. 11. χαμαὶ σ. Opus Musivum.

vs. 13. πόῤῥωθεν ἡγμένων. Sunt marmora pretiosa, quae Romani, quorum luxuriam Musonius describit inprimis, ex Africa, Graecia aliisque regionibus petebant. vid. Plin. H. N. XXXVI. 8. — Additum λίθων supervacua videtur Glossa.

vs. 16. χρημάτων γίν. i. e. ἀγοράζεται. Καὶ τοι etc. Fere eadem dicit Clem. Alex. Paed. II. p. 242. 10.

p. 202. vs. 9. πάντα . . . ἐλγλ. Clem. Alex. l. c. p. 188. 13. χρυσός τε γὰρ ἁπαξαπλῶς καὶ ἄργυρος ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἔστιν ἐπίφθονον κτῆμα, τὴν χρείαν ὑπερβεβηκός.

vs. 12. ἐν εἴδει δ. χ. Pro his corruptis vocc. legendum καὶ νὴ Δία. Nr. X. 32. ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμέναι κλῖναι. Lu–

Lucian. Contempl. T. III. p. 51. *μήτε πορφυρίδα, μήτε τιάραν, ἢ κλίνην χρυσῆν κομίζοντας.* De usu *νὴ Δία* ita positi vid. Schaefer Meletem. p. 62.

vs. 13. *ἀλουργὶς.* Dedi *ἀλουργεῖς.* Ibid. *χρημάτων*, pro quo leg. *χρωμάτων* ut patet ex Clem. Alex. p. 188. 28.

vs. 20. *σισύρας.* Super pellibus et pellibus involutum dormire vetus erat consuetudo. Plato Protag. p. 215. D. *ὁ μὲν οὖν Πρόδικος κατέκειτο ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισι καὶ στρώμασι καὶ μάλα πολλοῖς, ὡς ἐφαίνετο.* Aristoph. Nub. 10. *ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.*

p. 203. vs. 5. *πέφυκε· ἱκανά ἐστι, δύναται.* Plut. de Recta Rat. Audiend. c. 13. T. II. p. 45. *ἕκαστος ἐπαινεῖται κατὰ τὸ ἴδιον τῆς δυνάμεως, ᾧ κινεῖν καὶ ἄγειν πέφυκεν.* Soph. Antig. 688. *σου δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν.*

vs. 6. *ὀσμήν.* Clemens Alex. Paed. Lib. II. c. 3. p. 190. 17. eadem docet ex exemplo Christi.

p. 204.

p. 204. vs. 6. τῶν ἐν μέσῳ. Sc. κειμένων. ita vocantur paratu facilia Horat. I. Serm. II. 107. meus est amor huic similis, nam Transvolat in medio posita et fugientia captat. Hinc εἰς μέσον κεῖσθαι de iis dr. quae omnibus exposita sunt vid. Bergler. ad Alciphr. p. 235.

vs. 8. τῶν ὄντων τὰ δ. Haec plerumque opponuntur. Xenoph. Cyr. I. 3. 13. καὶ εἰμὶ καὶ δοκῶ κράτιστος εἶναι. Hell. II. 3. 18. ἀνδρὸς καὶ ὄντος καὶ δοκοῦντος ἱκανοῦ εἶναι.

vs. 10. ἄνοια δὲ μαν. συγγεν. Comparativus pro superlativo ad rem lenius exprimendam. Herodot. III. 145. Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφέος ὑπομαργότερος. vid. Fischer ad Veller T. III. 1. p. 326.

vs. 19. ἐθιζόμεναι. Pro hoc dedi ἐθιζομένων. Si jungeretur cum καρτερήσεις deberet esse ἐθίζουσαι.

vs. 20. πληγάς. Hic intelligatur ille mos, quo pueri apud aram Dianae Orthiae flagellis caedebantur. Plut. Vit. Lyc. c, 18.

T. I.

T. I. p. 51. B. Cic. Tusc. Qu. II. 14. 34. Cretum quidem leges itemque Lycurgi laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo algendo, aestuando. Spartae vero pueri ad aram sic verberibus excipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat.

vs. 21. Σεμνοῖς. Ad explendam sententiam addidi ἐν ὅυτω.

vs. 21. ὁι πολλαὶ. pro hoc legendum παλαιόι. Sic apud Stob. S. XXXIX. p. 236. πὸλλὰ et παλαιὰ inter se mutata. Haec laus modo debetur Spartanis antiquioribus. Cic. Tusc. Qu. I. 42. Plut. Vit. Lyc. T. I. p. p 58.

p. 205. vs. 1. τοῦ βασιλέως. τῶν Πέρσων sc.

vs. 3. νοσῆσαι μ. Pythagoras apud Stob. p. 158. τεθνάναι πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

PETRI NIEUWLANDII,

DISSERTATIO

DE

MUSONIO RUFO,

PPILOSOPHO STOICO.

LECTORI.

S.

Cum per aliquot jam continuos annos Bonis Literis et Philosophiae operam dedissem, cogitare coeperam de specimine quodam progressuum in utroque illo genere qualiumcunque meorum edendo. Hoc ego consilium animo agitans, e scholis Cel. Praesidis de Historiâ Philosophicâ, Musonii Stoici Philosophi, antea vix nomine mihi cogniti, contraxi notitiam. Cujus quum insignia superesse fragmenta et Socraticam illis inesse elegantiam audivissem, cupide statim ea lectitare institui: nec spe, quam conceperam,

de-

decidi. Igitur hujus viri res ac placita quum nemo satis accurate exposuisse videretur, eorum explicatio aptissima mihi Dissertationis conscribendae materia visa est.

Ut vero quisque cognoscere possit, quid aliis debeam, quid ipse meâ qualicunque diligentiâ praestiterim, praecipuos e recentioribus viros nominâsse sufficiat, qui de Musonio quidquam prodiderunt. Ex illis igitur, qui ad meam venere notitiam, accuratissime, nec tamen ex instituto, de eo dicit IO. IONSIUS, *de Scriptt. Hist. Philosoph.* III, VII, 9. *Memorandi quoque sunt* IOS. SCALIGER, *ad Euseb. Chron. p. p.* 197. *et* 201: L. TILLEMONTIUS *in Histor. Impp. Rom. v.* I, *p.* 242: GOTH. OLEARIUS *ad Philost. p.* 176: IO. ALB. FABRICIUS *in Biblioth. Graeca, vol.* II, *p.* 406. GUIL. SPENCERUS *ad Orig. c. Cels. v.* III, *p.* 491: HERM. SAM. REIMARUS *ad Dion. Cass. p.* 1023: *et* IAC. BRUCKERUS *in Hist. Crit. Philosoph. vol.* II, *p.* 501: *ne de aliis di-*

dicam, qui non nisi verbo Musonium attigerunt. Denique in Commentariis Academiae Regiae Parisiensis vol. XXXI. *p.* 131. *exstat Dissertatio, Gallico sermone scripta,* de Musonio Philosopho, *auctore* BURIGNIO, *qui nihil tamen magnopere prae Jonsio, Bruckero, reliquis, praestitisse videtur.*

Ceterum gratissima mihi disputandi solemnitas eo magis jucunda nunc accidit, quia, ut in reliquis Literarum studiis, ita in hoc quoque, sive honore, sive periculo, socium habere licuit amicissimum SCHOLTENUM, *de cujus laudibus dicere ab hoc loco alienum est. Utinam tertium quoque certaminis socium adjungere licuisset carissimum* CUPERUM, *quem ab egregio quidem hoc instituto, non tamen a constanti doctrinae amore et studio gravissimus primo morbus, mox pertinaciter inhaerens febris dejecit.*

Accipe jam, quisquis juvenilibus studiis faves, hoc eorum qualecunque specimen: quod

quod si nec indignum judicetur tironis diligentiá, et valeat ad inflammandos doctrinae amore et Musonii propius cognoscendi studio commilitonum praesertim animos, pulcherrimos laboris mei fructus percepisse putabo!

DISSERTATIO
PHILOSOPHICO-CRITICA
DE
MUSONIO RUFO,
PHILOSOPHO STOICO.

CAPUT PRIMUM.

De Vitâ Musonii.

§. I.

Quamquam is fuit Cicero, qui et primus Philosophiam in Latium induceret, et tantum incrementi, quantum vix ceteri omnes simul, ipsi adferret; tamen posterior quoque ætas tales protulit viros, qui institutum a Cicerone sapientiæ studium digne tuerentur ac propagarent. Et rationem quidem philosophandi, quam sub Cæsaribus præsertim sequerentur Romani sapientiæ et virtutis studiosi, Stoicam fuisse reperimus. Antiquus enim ille Romanorum spiritus, qui omnem servitutem respueret, omnium do-

dominatum appeteret, quum tandem continuâ tyrannide jaceret oppressus, nec extra se exserere posset, in se ipse rediit, et libertatem dominatumque, quæ frustra alibi quæreret, in se posita quæsivit et invenit, solum sapientem liberum ac dominum statuens. Hac animi inductione et sententiâ licebat instantis tyranni minas et munera spernere; honores, opes, vitam, quæ omnia in tali reipublicæ statu in incerto erant et ab unius hominis nutu pendebant, nihili ducere; gravissima denique servitutis et miseriæ pondera fortiter tolerare. Stoici igitur, ut præcipuos tantum et ad posteritatis memoriam celebratos viros memorem, sub Nerone præsertim floruere Cornutus, Persius, Lucanus, Thrasea Paetus, Epictetus, Musonius, et celeberrimus omnium Seneca. Et hi viri, quamquam sententiae animique magnitudine et infelici fortunae sorte fuerunt simillimi, diversam tamen in propagandâ eâ, quam profitebantur, Philosophiâ secuti sunt rationem. Alii enim, ut Thrasea Paetus, publicam vitam agentes et muneribus insignes, Philosophos se praestiterunt: alii ex instituto Stoicam doctrinam libris consignârunt, ut Annaeus Cornutus et Seneca: alii

sa-

sapientiae praecepta per carmina sua sparserunt, ut Persius et Lucanus: alii denique popularibus sermonibus ea ad vulgi notitiam et vitae usum accommodârunt, in quibus sunt Epictetus et Musonius. Sed Epictetus propriam Stoicis dicendi brevitatem atque acumen prorsus retinuit: Musonius has disputationis virtutes Socraticâ plane elegantiâ et Xenophonteâ suavitate temperavit.

De hoc igitur viro quum disserere constituerim, primo loco quaecumque de ejus vitâ rebusque vel certis Auctorum veterum testimoniis constant, vel probabili conjecturâ colliguntur, ad temporis rationes disposita explicabo: postea de ejus Dissertationum fragmentis, Apophthegmatibus, Placitisque philosophicis dicam.

§. II.

Huic igitur, de quo mihi est dicendum, nam posterioribus temporibus plures extitere: huic igitur Musonio nomen fuisse integrum videtur: C. MUSONIUS RUFUS. CAJI quidem praenomen ex unico junioris Plinii (1) loco novimus,

(1) Ep. III, 11.

mus, nisi forte locus iste ad alium referendus est: de nomine et cognomine Taciti, Dionis Cassiis aliorumque (1) auctoritate constat. Memoratur etiam Plinio (2) Musonius, cognomine BASSUS, de quo, sive hic sive ab hoc diversus fuerit, suo loco dicetur. De genere Musonii et proavis nil novimus, nisi, quod Suidas (3) refert, eum patrem habuisse CAPITONEM, cujus itidem integrum nomen expiscari non possumus, praesertim iis jam temporibus mutatâ Romanorum nominum ratione. Quo tempore fuerit natus neque a scriptoribus proditur, neque conjecturâ probabili satis accurate definiri potest. Sed si reputemus, eum jam A. C. LXV. juvenum studiis et sapientiae famâ floruisse (4), Titi vero Imperatoris amicitiâ usum fuisse (5), non magnopere, credo, errabimus, si eum Augusto regnante vel primis Tiberii temporibus natum statuamus. Patriâ Thuscus, sive Tyrrhenus

(1) A. XV, 71; H. III, 81.

(2) Ep. VII, 31.

(3) v. Μουσώνιος.

(4) Tac. A. XV, 71.

(5) Themistius p. 173. *Hard.*

nus (1) fuit, ex urbe Volsiniis (2) oriudus, de quâ *opulentissimâ* quondam *Hetruscorum civitate* (3) vid. Cellarius G. A. Vol. I. p. 456. Equestris ordinis eum fuisse, prodit Tacitus (4). Nuptias inivit, quippe quas Philosopho non modo non indignas esse, sed eum omnino decere firmiter statuebat (5); et posteros reliquit. Nam gener ipsius ARTEMIDORUS a Plinio (6) memoratur, si quidem ad hunc Musonium locus iste pertinet: et RUFUS FESTUS AVIENUS, celeber posterioribus temporibus Poëta, *Musoni suboles prolesque Avieni* dicitur in epigrammate ad ipsum scripto apud Burmannum in Anthol. Lat. Vol. I, p. 56. Qui forte Avienus praenomen sibi a proavi Musonii cognomine adsumsit.

§. III.

(1) Tac. A. XIV, 59. Philostratus V. A. VII, 16. p. 297. Themistius p. 173. Suidas in v. Μουσώνιος.

(2) Suidas l. c, Quod confirmatur Festi Avieni epigrammate apud Burmannum in Anthol. Lat. Vol I, p. 56, qui, cum ex Musonii esset posteris; lare cretum Vulsiniensi se dicit.

(3) Florus I, 22.

(4) Tac. H. III, 81.

(5) Ap. Stobaeum S. LXV.

(6) Ep. III, 11.

§. III.

Et his quidem paucis fere omnia continentur quae de privatâ ac domesticâ Musonii vitâ novimus. Ad ea jam pergamus, quae majori velut in luce et publice ab eo gesta cum alii memorârunt Scriptores, tum in primis Corn. Tacitus. Et earum quidem rerum, quas prima juventute vel publice vel privatim gessit, ne vestigium quidem superest, nec ulla occurrit ipsius mentio ante Neronis imperium: sub hoc enim principe juvenum studiis frequentatus est, eosque *sapientiae praeceptis fovit* (1). Quam sapientiam Stoicam fuisse, et Tacitus (2) diserte testatur, et nos uberius sequenti hujus dissertationis parte, ex ipsis viri dictis ac sermonibus, probabimus. Floruit etiam eo tempore amicitiâ virorum, sapientiâ et honoribus in republica gestis insignium, qui Stoicorum quoque placita aemularentur et vitâ suâ exprimerent, Thraseae Paeti (3) et Bareae Sorani. Ex his Thra-

(1) Tac. Ann. XV, 71.

(2) Id. Hist. III, 81.

(3) De Traseâ Paeto vidd. Lipsius ad Tac. Ann. XVI, 20 et 35: Intt. ad Arrian. I, 1. p. 10: Reima-

Thraseam, quum is aliquando praesentem mortem exilio imminenti praeferret, graviter reprehendit, et hortatus est illud potius, quod a Diis daretur, aequo animo ferre, quam temere mortem prae miserâ vitâ eligere: ut est apud Arrianum in Dissert. Epict. I, 1, p. Upt. Nam RUFUM illum, qui pluribus apud Arrianum locis memoratur, quique etiam Epicteti amicitiâ et familiaritate usus fuisse intelligitur, hunc igitur nostrum esse Musonium Rufum, nominis, sententiae, temporisque convenientia satis ostendit. Bareae Sorani sanctae memoriae post ejus mortem quoque consuluit, manibusque satisfecit, (1) accusando *falsi testimonii* Egnatium Celerem, qui Bareae ex amico ac discipulo delator et proditor (2) ei exitium adtulerat: de quâ accusatione, quae sub Vespasiano demum accidit, suo loco exponemus. Bareae (3) cri-

marus ad Dion. Cassium p. 994. Schegkius ad Arrian. l. c. Epigramma Martialis lib. I, XIV, perperam ad hunc Paetum refert, quum in hujus patrem Caecinam Paetum scriptum sit.

(1) Tac. Hist. IV, 10 et 40.

(2) Tac. Ann. XVI, 33. Schol. in Juvenalem. Sat. I, v. 33.

(3) Tac. Ann. XVI, 23.

crimini data fuerat *amicitia Rubellii Plauti*, (1) integerrimi viri, (2) *qui habitu severo, castá et secretá domo, majorum placita colebat*, et (3) *Stoicorum sectam*, testibus ipsius accusatoribus, *adsumserat*. Hic, quum dudum (4) Neroni suspectus inde fuisset, quia *per maternam*

(4) Dubitant V. V. D. D. fueritne hic Rubellius Plautus idem atque ille, quem *A. Plautium* vocat Suetonius, et de quo (VI, 35) haec refert: » *In quibus* (propinquitate et necessitudine sibi conjunctis) *A. Plautium juvenem* (interemit Nero), *quem cum ante mortem per vim constuprasset:* Eat nunc, *inquit*, mater mea et successorem meum osculetur! *jactans dilectum ab eâ et ad spem imperii impulsum.*" Hi igitur, si vera narrat Suetonius, diversi videntur; hunc enim *(A. Plautium)* Romae interfectum esse oportret, quum Rubellius in Asiâ sit occisus. At vero cetera omnia v. c. nomen, affinitas cum Nerone, aetas (nam Rubellii *juventam* memorat Tacitus Ann. XIV, 22.) denique suspicio de amore Agrippinae, ita conveniunt, ut vix in diversos homines cadere queant. An igitur legendum forte apud Suetonium: *quem cum* antea *per vim constuprâsset;* cujus explicandi gratiâ nonnemo fortasse perperam adscripserat *ante mortem*, quum sit: *antequam in exsilium abiret; quum Romae adhuc esset.* Doctiores judicent!

(2) Tac. Ann. XIV, 22.

(3) id. ib. XIV, 57.

(4) id. ib. XIII, 19.

nam originem ex Juliâ familiâ parem ipsi nobilitatem haberet, et Agrippina, Imperatoris mater, Plauti sibi conjugium, Plauto imperium occulto qnaerere diceretur, accedente postea populi favore et superstitiosâ fulguris interpretatione, (1) tandem in Asiam discedere jussus erat. Ubi quum (2) *in avitis agris tutam et inturbidam juventam* per duos fere annos *egisset*, iterum in majorem invidiam apud Neronem adductus est (3), quasi per Asiae populos novi quid moliri studeret; missique sunt milites, qui eum trucidarent. Quod ubi nunciatum esset Plauto, alii ipsum arma contra movere tentâsse, Corbulonem sibi socium adscivisse, et ipsos ad eum missos milites in ejus partes transisse narrant: alii eum inermem mortem jamjam venturam exspectâsse et subiisse ferunt. In cujus rei causis haec in primis memoratur, (4) *Coeranum* (nisi *Claranum* (5) po-

(1) Tac. Ann. XIV, 22.

(2) id. ibid.

(3) ib. Ann. XIV, 57.

(4) ib. ib. XIV, 59.

(5) *Claranum* nomine Philosophum, corpore parvum ac deformem, animo magnum et sapientem praedi-

potius legas) *Graeci, Musonium Thusci generis, doctores sapientiae, Plauto constantiam opperiendae* (1) *mortis pro incertâ ac trepidâ vitâ suasisse.* Musonius igitur, cum alios a novis rebus et seditionibus moliendis suo consilio abstraheret, profecto non is erat, a quo Neroni timendum esset, quemve propter sapientiae ac virtutis famam in exilium abigeret; quod postea tamen factum esse, mox videbimus: nunc de munere, *βαρῶν ἐπιμελείᾳ*, quod, Suida teste (2), eo ipso tempore, quo exulare juberetur, gessit, exponamus.

§. IV.

Eo igitur tempore *ὁπήνικα φεύγειν αὐτὸν ἐπέταττε Νέρων*, ait Suidas (3), *ἐπεμέλετο βαρῶν τοῦτ'*

cat, habitosque cum eo sermones refert Seneca Ep. LXVI: unde Lipsius aut in Taciti loco *Claranum*, aut apud Senecam *Coeranum*, restituendum putat.

(1) Heinsius, probante Ernesto, legit *oppetendae*: sed hac conjecturâ mihi quidem nihil opus esse videtur: Cf. supra memoratum Musonii ad Thraseam dictum ap. Arrian. I, 1. p. 10.

(2) v. Μουσώνιος.

(3) Haec verba quum a Suida l, l. proxime subjungan-

τοῦτ᾽ ἐϛὶ τειχῶν, βάρεις γὰρ τὰ τείχη. De quo munere mox videbimus: prius nobis dijudicanda est magni Scaligeri opinio (1), qui hunc *murorum praefectum* distinguit a *Stoico*, de quo nos-

gantur loco Juliani, qui praecedit, ipsa etiam a Juliano profecta esse videri possint, cujus nomine a Kustero citantur ad v. Βάρις. Sed obstat, ea non satis cohaerere cum Juliani verbis, quae fine mutila videntur, ita ut Julianus de Musonio, quem memoraverat tantum, plura mox dixerit, eumque cum Socrate comparaverit; quae ejus verba exciderunt. En totum locum! ὥϛε μοι δοκεῖ τὸ μὲν πρότερον (Scil. τὸ βαθέως φέρειν τὴν παροινίαν) τῷ Σωκράτει προσήκειν. τὸ δεύτερον δὲ (Scil. τὸ τῇ πόλει βοηθεῖν βούλεσθαι καὶ προθυμεῖσθαι), οἶμαι, Μουσωνίῳ. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ (Σωκράτης) ἔφη ὅτι μὴ θεμιτὸν ἄνδρα σπουδαῖον πρός τε τῶν χειρόνων βλαβῆναι... ὁ δὲ ἐπεμέλετο βαρῶν. κ. τ. λ. Ceterum perperam Spencerus ad Orig. v. Ill. p. 491. ubi Musonius in iis memoratur, οἷς ἐγκεῖται παράδειγμα τοῦ ἀρίϛου βίου, hic igitur perperam de Juliani hac epistolâ ita loquitur, ac si non de Musonio sed ad Musonium scripta fuisset. Ipsa, vero verba ὁ δὲ ἐπεμέλετο βάρων, licet Juliani esse non putem, ab alio tamen Auctore sumsit Suidas, quod patet cum ex adjectâ glossa βαρεις γὰρ τὰ τείχη, tum inde, quia ab ipso Suida v. βάρεις ita adferuntur, ut eorum auctoritate suam ejus vocis explicationem confirmet.

(1) ad Euseb. p. 201.

nostra est disputatio. Argumentum ejus huc redit: Musonium Rufum Thuscum, praefectum munitionum, in exilium relegatum esse, Musonium vero Rufum Stoicum sub Vespasiano, expulsis omnibus ceteris Philosophis, in urbe retentum. Hac igitur ratione motus Scaliger duos statuit eodem tempore ejusdem nominis, cognominis, et studii, [nam Musonium quoque Tyrrhenum *sapientiae doctorem* vocat Tacitus (1)] viros exstitisse. Verum enim recte observavit Jonsius (2), nihili esse Scaligeri rationem, et eundem hominem a Nerone expulsum et postea, quod ipse agnoscit Scaliger, revocatum, sub Vespasiano solum ex Philosophis in urbe retineri potuisse. Scaligeri errorem, quod obiter observare liceat, secutus, est Morerius in Lexico Historico et Critico, v. *Musonius.*

Jam de βαρῶν ἐπιμελεία videamus, quam omnes fere Scaligerum secuti V. V. D. D. *praefecturam murorum* vel *munitionum* vertunt: *Huic eidem muneri*, inquit, *post revocationem a Vespasiano praefectus fuit: nam templo*

(1) Ann. XIV, 59.
(2) de Scriptt. P. P. III, 7, 9.

plo et Hierosolymis solo aequâtis aratrum inprimere jussus est, ut Judaei in Talmude recte annotârunt, quod non est nisi illius, qui praefectus est turribus et moenibus. Quod eo magis ipsis Scaligeri verbis refero, quia post eum nemo, quod sciam, vel alia in hanc rem testimonia adtulerit, vel Talmudicum locum, de quo postea, accuratius excusserit. Hanc igitur aratri desolatae urbi inprimendi solemnitatem ejusmodi praefecto optime convenire, facile agnosco: verum inter multas et varias Romanorum praefecturas nulla occurrit quae voci *βάρεις* (1) satis respondeat. Nam praefecturam *navium*, quae propria est vocis *βάρις* significatio, ad Musonium nihil pertinere, quisque videt: et omnino vita militaris aliena videtur a viro *sapientiae doctore* (2), qui juvenum institutioni operam daret (3), quique apud armatos milites *bona pacis et belli* discrimina ita dissereret (4), ut risu exciperetur. Ceterorum ve-

(1) Vidd. Intt. ad Hesychium in v. et ab iis laudati V. V. D. D.

(2) Tac. Ann. XIV, 59.

(3) Id. ibid. XV, 71.

(4) Id. Hist. III, 81.

vero, quae βάρις significat, *murorum, porticuum, cet.,* nullus diserte memoratur praefectus: eorumque cura ad Aediles vel Censores pertinuisse videtur. Praeterea, quamvis plurimi et veteres memorârint et recentiores explicuerint eam, quam dicebam, aratri imprimendi solennitatem, nemo tamen eam certo praefecturae vel magistratûs generi adsignavit. Quibus addatur hoc omnium gravissimum, de totâ illâ aratri impressione, quam, Scaligeri auctoritate e Talmude repetitam, Musonio tribuunt V. V. D. D, haud ita certo constare, ut suo loco ostendemus. Illa igitur βαρῶν ἐπιμέλεια qualis tandem fuerit, nescire me fateor (1). Unum hoc

(1) Quum in re prorsus incertâ audacius conjectare liceat, in eam incideram cogitationem, Musonio forte ex parte curam mandatam fuisse instaurandae urbis incendio Neroniano misere vastatae. Haec enim res accidit A. U. 818. Chr. 65. quo ipso anno Musonium in exilium abiisse tradit Dio Cassius, p. 1023. Quum enim publico sumtu multa restituerentur, et *dimetiendis vicorum ordinibus, latis viarum spatiis, et decorae aedificiorum altitudini ac formae,* Imperator curam adhiberet, (Tac. Ann. XV, 43), dubitari nequit quin tantae rei certi et periti homines praefecti sint. Ita quamcunque tribuas voci βάρις signifi-

hoc addidisse liceat, a Philosophi Stoici personâ minime aliena esse publica munera; quippe fuit in Stoicorum placitis, τὸν σοφὸν πολιτεύσεσθαι (1), *Sapientem Rempublicam tractaturum*, atque adeo quocunque modo, ab hac etiam parte, civibus suis prodesse, eorumque bono consulere posset, operam daturum.

§. V.

Ad ipsum jam pergamus, obiter saepius memoratum, viri praestantissimi exilium. Ea scilicet sub Nerone tempora vivebant Romani, quibus mors et relegatio non scelestos ac reos, ut antea stante Republica, sed sapientissimos quosque et integerrimos viros manerent. Quo quis enim libero magis et ad virtutem composito es-

ficationem, *domûs*, *turris*, *muri cet.* ea hujusmodi praefecto apprime conveniet. Quin *Porticus* (στοάς) et *naves* (πλοῖα), quae utraque nota est vocis βάρεως significatio, diserte memorat Tacitus c. 43 et 39 in eâdem narratione. Sed hanc conjecturam, ut vagam nimis et omni auctoritate destitutam, mox rejeci.

(1) Vid Diogenes Laertius VII, 121 ibique V. V. D. D.

esset animo, eo minus turpissimas Principis et aulicorum libidines ac scelera tacitus videre, multo etiam minus iis adulari et nefanda facta probare ac laudare poterat. Haec igitur dicendi reprehendendique licentia multis egregiis viris gravissimas calamitates et saepius exitium adtulit. Testes sunt Thrasea, Seneca, Lucanus, Cornutus, innumeri alii. Nihil igitur mirum, si Musonium, ejusmodi, quales modo memoravi, virorum amicitiâ florentem, et Romanae juventutis pectora sapientiae et virtutis, quas ipse dicto factoque profitebatur, praeceptis imbuentem, ferre non potuit Imperatorum pessimus. Clementius tamen in eum animadvertit (1), si qua in Nerone clementia dici potest; nec enim morte multatus est, sed in exilium relegatus. Cujus exilii causas, tempus, locum, antequam accuratius exponamus, paucis monendum videtur de duabus difficultatibus. Prior a Scaligero (2) movetur, qui Musonium Stoicum ne relegatum quidem omnino putat, omnia vero illa, quae de Musonii exilio dicuntur, ad *munitio-*

num

(1) Themistius p. 94. *Hard.*

(2) Ad Euseb. pag. 201.

num praefectum refert; quem a nostro distinguit. Quae difficultas hic verbo tantum memoranda est, quum supra (§. 4. init.) de hac viri incomparabilis, et hominis tamen, Philosophorum relegationem sub Vespasiano cum Neroniano hoc exilio perperàm confundentis opinione dictum sit. Altera difficultas oritur e duobus Suidae locis v. v. Κορνοῦτος et Μουσώνιος, quibus eum cum Cornuto ἀναιρεθῆναι dicit. Hoc ita plerique intellexere V. V. D. D., ac si a Suida *occisi esse* dicantur Cornutus et Musonius. Quod nonnulli, Suidam, ut credebant, secuti, pro vero habuerunt, in quibus est P. Burmannus Secundus V. Cl. (1). Alii vero, ut Lipsius (2), et Jonsius (3), ex omnium veterum consensu Musonium non interfectum, sed in exilium expulsum, statuerunt, Suidam vero erroris accusârunt. Et de illo jam non statuimus, an recte excusaverint Suidam Olearius (4), et Reimarus (5), qui ἀναιρεῖσθαι accipiunt eodem sen-

(1) Ad Anthol. Latin v. I. p. 57.
(2) Ad Tac. Ann. XIV; 59.
(3) De Scriptt. Hist. Phil. III, 7, 9.
(4) Ad Philostr. p. 176.
(5) Ad Dion Cass. p. 1023.

sensu, quo *καθαιρεῖσθαι* a Suida explicatur, a Dione vero usurpatur, *dejiciendi* scilicet *de statu, munere privandi, relegandi.* Satis est observâsse et de Cornuto et de Musonio constare, gravissimorum Scriptorum auctoritate, eos non interfectos, sed relegatos esse. Cornutum quidem in exsilium pulsum testantur cum alii, tum diserte Dio Cassius (1). Musonium vero Tacitus (2), Lucianus (3), Dio Cassius (4), Philostratus (5). Themistius (6), Joannes Antiochenus (7), Suidas (8) denique ipse, a Nerone expulsum esse uno ore affirmant. Unus obstare vi-

(1) P. 1026. *Reim.*

(2) Ann. XV, 7.

(3) De Morte Peregr. 18.

(4) P. 1023. *Reim.*

(5) V. A. VII, p. 297. *Olear.*

(6) P. 72 et 94. *Hard.*

(7) In Exc. Peiresc. p. 813.

(8) V. Μουσώνιος in fin. Ὁπήνικα, inquit φεύγειν αὐτὸν ἐπέταττε Νέρων. Neque tamen hinc sequitur, probandam esse omnino Olearii explicationem τοῦ ἀναιρεθῆναι, quod praecedit. Potuit enim Suidas ea, quae de Musonio habet, e pluribus iisque dissentientibus Scriptoribus compilare.

videtur Justinus Martyr (1), qui Musonium cum Heraclito inter eos refert, qui *καθ' ἡμᾶς sua aetate*, cum probi essent viri et Stoicorum decreta secuti, tamen *odio habiti* et *interfecti sint*. At vero quum exempli tantum gratiâ ibi memoretur Musonius, hoc restringi possit ad illud, quod priori loco ponitur, *odio haberi:* neque, etiamsi diserte tradat Justinus *interfectum* esse Musonium, ea est ipsius auctoritas quae consentienti tot gravium Auctorum testimonio opponatur.

Hujus igitur exilii causa fuit in primis *Nominis claritudo*, inde praesertim orta, quia *juvenes Romanos sapientiae praeceptis foveret*, ut refert Tacitus; *ὅτι σοφὸς καί ἄριςος βίον ἐγένετο*, inquit Joannes Antiochenus. Accedebat loquendi libertas, *ἡ παῤῥησία καὶ τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας*, testibus Luciano et Suida quibuscum fere convenit Philostra-

(1) Apol. I. p. 46. *Sylb. τοὺς ἀπὸ τῶν Στωικῶν δὲ δογμάτων ἐπειδὴ κἂν τὸν ἠθικὸν λόγον κόσμιοι γεγόνασιν ὡς καὶ ἔν τισιν οἱ ποιηταὶ διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου μεμισῆσθαι καὶ πεφονεῦσθαι οἴδαμεν, Ηράκλειτον μὲν ὡς προέφημεν, καὶ Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους οἴδαμεν.*

stratus, qui Musonium πολλὰ τῇ ἀρχῇ ἐναντιωθῆναι dicit V. A. VII, 16 (1). Si Dionis Cassii versionem consulas, fere credas Musonium de conjuratione Pisonianâ, quam narrant Tacitus Ann. XV, 48—60 et Dio p. 1020 (2), suspectum et relegatum fuisse. Nam cum de hac conjuratione et hominibus ejus causa interfectis vel relegatis mentionem fecisset, addit: (3) Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος ὁ Φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη: quod latine redditur, *his de causis*. At vero quum reliqui Scriptores omnes eas tantum, quas memoravi, adferant causas, hanc ne verbo quidem indicent, nullus dubito, quin illud ἐπὶ τούτοις notissimâ significatione vertendum sit *praetereà, praeter hos, deinceps*.

Tempus, quo exulare jussus est Musonius, e Dione Cassio et Tacito novimus fere incidere in A. U. 818, post C. N. 65 vel 66.

Locus denique, ubi degerit exul, teste Philostra-

(1) Omnes l. l. c. c.

(2) Inter hujus conjurationis primarios socios fuit *Fenius Rufus*, ut testatur Dio l. c., quem locum perperam ad nostrum traxit Musonium Spencerus ad Origenem p. 491.

(3) P. 1023. *Reim.*

strato (1), Gyarus fuit, una e Cycladibus insula, parva illa, scopulosa, et aquis destituta, de quâ, sis, cff. Strabo (2) et Cellarius (3). Hunc *immitem antea et sine hominum cultu locum* (4) brevi celebrem ac frequentem fecit Musonius sapientiae famâ, quâ omnes eo tempore superabat Graecos; qui Musonii causâ Gyarum continuo navigabant. Praeterea fontem ibi repperit aquae purae, quae postea Heliconis instar per totam Graeciam celebrata est; et cujus causâ Gyarus, antea prorsus *ἄνυδρος* credita, post Musonii quoque discessum, multis navigiis est frequentata: quorum omnium cognitionem debemus Philostrato l. c: qui, ut in ceteris omnibus, ita hic etiam Sophistam egisse videtur.

§. VI.

Certissimis igitur veterum Scriptorum testimoniis constat, Musonium Rufum Stoicum a Nero-

(1) V. A. VII, 16. p. 297.
(2) L. X. p. 144.
(3) In O. A. Vol. I. p. 833.
(4) Tac. Ann. III, 68.

rone propter id ipsum, quia sapientiâ et virtute excelleret et liberius loqui auderet, non interfectum quidem esse, sed in exilium tamen expulsum. Hic vero loci, antequam ad ceteras ipsius res tradendas accedamus, gravis nos moratur difficultas, quaeque vereor ut ex iis, quos habemus, veterum Scriptorum locis ad liquidum perduci possit. Memoratur scilicet a Philostrato (1) Musonius quidam Babylonius, vir ad Apollonii praestantiam proxime accedens, et Philosophus, ut ferebatur, omnium perfectissimus, (Ἀνὴρ Ἀπολλωνίου δεύτερος, ὅν φασὶ τελεώτατα ἀνθρώπων φιλοσοφῆσαι). Hic, sapientiae causâ, Neronis jussu in carcerem conjectus est, ibique adeo male a custode habitus, ut, nisi firmissimo valuisset corpore, in vinculis fuisset mortuus. Cum hoc eo tempore mutuum epistolarum commercium habuit Apollonius, internunciis Menippo ac Damide, quas epistolas, si quidem germanae putandae sint, servavit Philostratus l. c. Idem alio loco (2) refert, Demetri-

(1) V. A. IV, 15. p. 276: et IV, 46. p. 187.

(2) V. A. V, 19. p. 202. Ceterum de hoc Demetrio Cynico, qui postea Egnatium Celerem contra Musonii accusationem defendit, vidd. Seneca de Prov. 3.

trium Cynicum in Isthmo vidisse Musonium fodientem, eumque Demetrio, indignanti talem tanti viri sortem, gravissimis his et summo Philosopho dignissimis verbis respondisse: « Ego-« ne miser tibi videor, Demetri, Isthmum in usum « Graecorum perfodiens! Qualem putares, si, « quod Nero facit, ad citharam canentem vi-« deres!" Quam narrationem ad eum Musonium referendam esse, de quo jam libro IV. mentionem fecerat Philostratus, patet ex iis verbis, licet obscuris, quae mox subjiciuntur: *Καὶ ἐάσθω τὰ Μουσωνίε πλείω ὄντα καὶ θαυμασιώτερα, ὡς μὴ δοκοίην θρασύνεσθαι πρὸς τὸν ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα.* His Philostrati locis accedit Eunapii auctoritas, qui (1), inter amicos Apollonii Tyanei, *Cynicae* sectae addictos memorat Carneadem, Demetrium, Menippum, et Musonium. Quod confirmatur quodammodo Herculis menti-

3. ib. ib. 5. de Benef. VII, 1. ib. 2. ib. 8. ib. 9. seqq. Ep. XX, LXII, LXXII, XCI. Quaest. Nat. IV. 1. Tac. Ann. XVI, fin. Hist. IV, 40. Suetonius, Vesp. 13. Arrian. Diss. I, 25. Lucian. ad Ind. 19. Philostratus p. 163, ibique Olearius, p. 202, 270, 358. et Eunapius p. 11.

(1) pag. 11.

tione in epistolâ Apollonii ad Musonium apud Philostratum (1): Herculem enim suae sectae conditorem, et exemplar ad imitandum sibi propositum, passim jactabant Cynici.

His igitur locis permoti nonnulli V. V. D. D. diversum a Musonio Rufo Tyrrheno Stoico, qui disertis verbis ab ipso Philostrato (2) postea memoratur, statuerunt alium Musonium, Babylonium, Cynicum, a Nerone in vincula primo conjectum, deinde perfodiendo Isthmo adhibitum. Sed ab hac opinione discessit et ad eundem omnia referenda putavit Olearius ad Philostratum p. 176: cui adsentiunt L. Tillemontius in Historiâ Imperatorum in *Nerone* sect. XXII. et H. S. Reimarus V. C. ad Dionem Cassium, p. 1023. Olearii rationibus suas in primis opposuit Jac. Bruckerus Hist. Crit. Philos. Tom. II. p. 501. Ego jam, quid pro utrâque parte dicatur, ita referam, ut Olearii argumenta ordine disposita exhibeantur, unicuique

(1) p. 187. Ἀπολλώνιυς Μουσωνίῳ Φιλοσόφῳ χαίρειν. βούλομαι παρὰ σὲ ἀφικόμενος κοινωνῆσαι σοι λόγυ καὶ ςέγης, ὡς τι ὠνήσαιμί σε, εἴγε μὴ ἀπιςεῖς, ὡς Ἡρακλῆς ποτε Θησέα ἐξ Ἅδυ ἔλυσε. γράφε τί βούλει. ἔῤῥωσο.

(2) V. A. VII, 16. p. 297.

que Bruckeri reprehensionibus et meo qualicunque judicio adjectis.

Prima igitur occurrit Suidae auctoritas, qui (v. Μυσώνιος) de Musonio, Capitonis filio, Tyrrheno, refert, eum Apollonii Tyanei amicitiâ floruisse, et epistolas ipsorum mutuas suo tempore superesse. Sed recte a Bruckero monetur, Suidam in nullâ re magis turbare, quam perperam vel confundendis vel distinguendis ejusdem nominis hominibus, ita ut ex hoc ipsius loco certum et indubitatum duci nequeat argumentum.

Ut expediatur difficultas in eo posita, quod Philostrati hic Musonius Babylone ortus esse dicatur, contra Musonius Rufus Stoicus omnium consensu in Hetruriâ natus sit: haec igitur vt expediatur, Olearius apud Philostratum pro vulgato *Μουσώνιος ὁ Βαβυλώνιος, ἀνὴρ Ἀπολλωνίου μὲν δεύτερος, ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ*, legendum censet *Μουσώνιος, ὡς Βαβυλώνιος, ἀνὴρ Ἀπολλωνίου μὲν δ. ε. ε. σ.* eamque conjecturam in contextum recipit, et contortâ satis interpretatione sic explicat: *Musonius, tamquam Chaldaeus seu Magus, in carcerem fuit conjectus.* Sed primo, non probavit idoneis

neis exemplis Olearius Βαβυλώνιον absolute positum, nec adjectâ ullâ Magiae vel Astrologiae mentione, pro *Mago* sumi. Nec usquam de Musonii Magiâ, quae causa fuisset, cur in carcerem conjiceretur, ulla fit mentio: Scriptores omnes egregio consensu sapientiam et loquendi libertatem causam praedicant. Praeterea dura prorsus et inaudita est Olearii interpretatio vocis Διαλεκτικοῦ, quo nomine apud Suidam laudatur Musonius, quam ad confirmandam suam τοῦ βαβυλωνίου explicationem adfert, et eo sensu accipit, quo *Mysticus* aliquis vel *Fanaticus* Philosophus dicitur. Addatur his Bruckeri reprehensionibus, ipsum Διαλεκτικοῦ cognomen nemini rectius quam Stoico tribui, quos Dialecticos saepius vocari nôrunt omnes: quin et Musonium a disputationibus habitis, (ἀπὸ τῶν διαλεξέων), quas scripto consignaverat Pollio, hinc igitur Διαλεκτικὸν vocari potuisse. Praeterea contortâ prorsus et insolitâ constructione dicitur: Μουσώνιος, ὡς Βαβυλώνιος, ἀνὴρ Ἀπολλωνίου μὲν δεύτερος ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ; quum dicendum foret: Μουσώνιος, ἀνὴρ Ἀπολλωνίου μὲν δεύτερος, ὡς Βαβυλώνιος ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ. Denique, causam carceris ipse significat Philostratus, verbis ἐπὶ

σοφίᾳ

σοφίᾳ, et supervacuum prorsus illud ac ταυτόλογον foret, ὡς Βαβυλώνιος.

Nec multum ponderis habet illud Olearii argumentum, nomen Musonii, quod Latinum sit, homini Babylonio male convenire. Potuit enim, ut observat Bruckerus, quod alii multi fecerunt, barbarum nomen et inficetum Latino mutare, vel gentis Romanae nomen adsumere. Neque ipsum Musonii nomen satis accurate Latinum dicitur, quum manifesto Graecam habeat originem.

Denique urget Olearius, eam esse vitae fortunaeque similitudinem, quae vix in diversos aequales homines cadere possit. Utrique idem Musonii nomen, uterque Philosophus, uterque denique, Philosophiae et loquendi libertatis causâ, ab eodem Nerone in exilium relegatus est. At vero contra monet Bruckerus, indolem quidem et fortunae sortem satis convenire, sed multa tamen diversa inesse, quae conciliari vix queant: alter enim, inquit, Stoicus fuit, alter Cynicus: hic in carcerem primo fuit conjectus, quod de illo nusquam dicitur: (quin Themistii (1), Musonium ἐκκεκηρύχθαι, Apollonium εἷρχθαι narrantis, verba indicare quodammodo videntur, il-

(1) p. 72. *Hard.*

illum solâ exilii poenâ multatum, non vero, ut Apollonius, in vincula fuisse conjectum:) denique in ipso exilio diversa utrique sors fuit, alter in Gyaro, alter in Isthmo degit. Hic tamen opponi possit, haud improbabile esse, certe non repugnare, perfossioni Isthmicae, quam tantopere absolvi cupiebat Nero, ut multos e gentibus exteris ei adhibuerit (1), huic igitur operi exules etiam admotos fuisse. Exstat quidem Luciani dialogus, qui *de fossione Isthmicâ* inscribitur, in quo Musonium cum Menecrate locutum fingit: sed nihil inde huic difficultati lucis accedit.

Illud vero Bruckeri argumentum, quo a nemine relatum scribit, Cynicum muneribus gestis insignem fuisse, quum Stoicus contra *βαρῶν ἐπιμελείᾳ* fuerit praeditus, (nihil enim aliud reperio, quod per *splendidissima* illa, quibus Stoicum admotum scribit Bruckerus, *munera* intelligam): hoc igitur argumentum nihil habet ponderis. Quis enim de eo, qui tribus tantum locis memoratur, omnia falsa statuat, quae Scriptor nemo retulerit. Praeterea tacite sumitur illud, quod demonstrari debebat, Cynicnm a Stoico esse diversum.

Su-

(1) Dio Cassius p. 1083. *Reim.*

Superesse videntur rationes nonnullae, quae pro Olearii opinione faciant, quas referendas omnino puto.

Locus igitur Philostrati, quem satis infelici conjecturâ tentavit Olearius, duplici ratione expediri possit; ut pro ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΣ vel legatur ΒΟΥΛΣΙΝΙΟΣ, *Volsiniensis*, quam Musonio patriam fuisse e Suida novimus: vel ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ, *Capitonis F.* quod idem Suidae auctoritate nititur. Si conjecturis ulterius etiam indulgere liceat, putet aliquis, Suidam ea, quae de Musonio ejusque cum Apollonio amicitiâ et epistolarum commercio tradit, ex ipsâ Apollonii vitâ, a Philostrato scriptâ, hausisse, et epistolas illas, quas ipsorum nominibus ferri dicit, eas esse, quas habet Philostratus. Suidas igitur vel patriam Musonii urbem, vel patris nomen, quod utrumque alibi, quantum scio, nusquam proditur (1), adeoque e deperdito Scriptore duci debuit; ex his igitur unum saltem, si vera sit nostra utravis conjectura, e Philostrato haurire potuit.

Prae-

(1) Patriam respexit quidem Festus Aviënus in Epigr. (Vid. § II. hujus cap.) sed is locus, nisi Suidae accederet auctoritas, nihil nos eâ de re certiores faceret.

Praeterea, non adeo difficile est expeditu, quod tradit Eunapius, eum *Cynicae sectae addictum* fuisse. Cynica enim et Stoica secta magnâ erant affinitate conjunctae, et priori posterior originem debebat. Hinc in ipsis Stoicorum placitis fuit (1), *Sapientem, si tempus ferat, Cynicam vitam secuturum.* Saepius laudabant Antisthenem, Diogenem, similesque viros. Neque posteriores Cynici tam feri et a communi vivendi ratione abhorrentis victûs cultûsque fuisse videntur ac primi sectae istius conditores; ita ut facillime Musonius Stoicus ab Eunapio pro Cynico potuerit haberi. Ne dicam, unum Eunapii testimonium in reliquorum omnium silentio vel nihil vel parum valere.

Denique, illud haud negligendum videtur, cum tot Scriptores Musonium a Nerone in exilium relegatum memorent, neminem de duobus Musoniis, claris viris, quibus idem casus eodem tempore acciderit, ullam facere mentionem. Praeterea, satis plerumque cavere solent Scripto-

(1) Vid Diogenes Laërtius VI, 104; VII, 121, et V. V. D. D. utroque loco. Cf. etiam Heynius V. Cel. ad Epicteti Ench. c. 15 et in primis c. 35.

tores antiqui, ut ejusdem nominis homines, qui temporis fatorumve similitudine confundi facillime possint, adjecto patriae, patris, familiae, muneris, sectae, nomine distinguant. At vero Plutarchus, (1), Julianus (2), Synesius (3), Themistius (4), Joännes Antiochenus (5), alii, ubi Musonium memorant, nihil ejusmodi, quo ab aliis distinguatur, adjiciunt.

Expositis igitur pro utrâque opinione omnibus, quas noveram, rationibus, restat, ut meum qualecumque de totâ quaestione judicium interponam; quod, etiamsi difficile est in re tam dubiâ, ubi aequalia fere videntur argumentorum pondera, mihi tamen ex rationibus, quas proposui, magis probabile videtur, ea, quae de duobus Musoniis accipi solent, in unum eumque nostrum Stoicum conferenda esse.

§. VII.

His igitur valere jussis, in viam redeamus, et

(1) p. 403. D. et 830. B. *Xyl.*
(2) Epist. ad Themist. p. 265. C. *Spanh.*
(3) in Dione p. 37. B.
(4) p. p. 72 et 94. *Hard.*
(5) in Exc. Peiresc. p. 813.

et ea, quae Musonii exilium secuta sunt, referamus. Hunc in insulam Gyarum abiisse vidimus, ibi vero quamdiu degerit, et an exilii locum aliquando mutaverit, non constat. Olearius (1) quidem et Reimarus (2) eum sub Galbâ rediisse affirmant. Sed locus Taciti (3), quem adferunt, nil aliud, nisi hoc ostendit, eum Romae fuisse A. U. 823, quum Otho jam suâ manu vitam finivisset. Nec lucis aliquid adfert perobscurum Musonii de Galbae morte dictum, ab Arriano servatum, de quo in Philosophicâ etiam Dissertationis parte dicemus. Quis igitur eum revocaverit, incertum est: et illis forte temporibus rediit, quum, liberatâ Nerone Republicâ, *clientes libertique damnatorum et exulum in spem erigerentur* (4). Illud manifesto falsum, quod refert Eusebius in Chron. eum anno demum 834. Ch. 81. a Tito revocatum esse. Errant etiam Scaliger ad Eus. a. c. et Jonsius, qui a Vespasiano patre id factum praedi-

(1) ad Philostr. p. 176.

(2) ad Dion. Cass. p. 1023.

(3) Hist. III, 81.

(4) Tac. Hist. I, 4.

dicant. Cujus erroris origo in eo posita est, quod duos Musonios statueret Scaliger, alterum Philosophum Stoicum, alterum βαρῶν ἐπιμελετὴν, de quâ opinione supra (§. 4) diximus. Id unum observare liceat, si quidem probari possit eorum sententia, qui Cynicum a Stoico distinguant, ad illum referri posse hunc Eusebii locum; fuit enim, aeque ac Stoicus, modo ab illo diversus fuerit, in exilium expulsus, ut Philostrati testimonio constat.

§. VIII.

Sed haec utcunque se habeant, Romae certe fuit eo tempore, quo Vitellius cum suis urbem teneret, Flavianus exercitus ante moenia castra posuisset. Nam legatis, quos ad Antonium, Flavianarum partium ducem, delegaverat Senatus, *ut praetexto Reip. concordiam pacemque suaderent* (1), immiscuit se Musonius, et sapientiam suam, sed intempestive, ostentavit. *Manipulis* enim *permixtus* bona pacis ac belli discrimina *disserens armatos monere coepit.* Quae oratio *plerisque ludibrio, pluribus taedio fuit,* ita

(1) Hist. III, 81.

ita ut non deëssent, *qui ipsum propellerent et proculcarent, donec, admonitu modestissimi cujusque et aliis minitantibus, hanc intempestivam sapientiam omitteret.* Mox, initio imperii Flaviani, majorem laudem adeptus est (1), *justum judicium explevisse visus*, accusatione Egnatii Celeris, qui, ut a Tacito (2) depingitur, *Stoicae sectae auctoritatem praeferens, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, animo perfidiosus et subdolus, avaritiam et libidinem occultabat;* et temporibus Neronis (3) patronum atque amicum Baream Soranum, sanctissimum virum, suo testimonio, quod pecuniâ venale habebat, circumvenerat et prodiderat. In hunc *vilem et nocentem reum* invectus est Musonius, et cognoscendae causae dies est destinatus (4). Repetitâ igitur cognitione, licet *Egnatii manifesti rei defensionem ambitiose magis quam honeste suscepisset Demetrius Cynicus*, vicit ta-

(1) Hist. IV, 10 et 40.

(2) Ann. XVI, 32.

(3) Tac. ib. Schol. Juven. ad Sat. I. 33.

(4) Tac. Hist. IV. 40.

tamen, applaudentibus omnibus, Musonius, et damnatus Egnatius *insigne dedit publicae severitatis documentum.*

§. IX.

Eodem vero, quo Romae haec agerentur, anno, die septimo Septembris (1), excisa sunt Hierosolyma, quibus solo aequatis, si vera est (2) Scaligeri opinio, ad perpetuam desolationem testandam, aratrum impressit Musonius. Et omnino primâ specie blandiri videtur conjectura, TURANUM RUFUM Judaeorum ex TYRRHENI RUFI nomine depravatum esse, praesertim quum ejusmodi praefecturâ, qualicumque tandem illâ, insignis fuerit Musonius, a quâ minime talis solennitas aliena sit. Plerique igitur viri docti hanc Judaeorum narrationem, a Scaligero ex intimis Talmudis tenebris erutam, de Musonio Tyrrheno sine ullâ dubitatione acceperunt: nec, praeter unum Tillemontium (3), quisquam fuit, qui

(1) Fl. Josephus B. I. p. 400, *Hav.*

(2) ad Eus. Chron. p. 201.

(3) Hist. des Emp. Rom. Vol. I. p. 242.

qui ejus fidem labefactare studeret. Et est profecto ea Scaligeri auctoritas, ut erroris eum arguere temerarium nefasque videatur. Quum tamen in Historicâ quaestione una spectanda sit veritas, nec ullius unquam fuerit hominis tam varia simul et accurata eruditio, ut ab omni libera errore nec modestae reprehensioni sit obnoxia, facere non possum, quin ea dubia, quae mihi de totâ re accuratius cogitanti in mentem venere gravissima, ingenue et modeste exponam.

Ut igitur concedamus id, quod gravibus rationibus in dubium vocat Tillemontius (1), Hiero-

(1) Cf. ejus Historia Imperatorum Vol. I. p. 242 et II. p. 122. In argumentis, quibus ostendere conatur Tillemontius, aratrum A. C. demum CXXXVI aut CXXXVII Hierosolymis impressum esse, maxime notandum est S. Hieronymi testimonium, qui (Comm. in Zach. VIII, Vol. III. p. 1753) illud factum esse refert a T. Annio Rufo post obsidionem urbis Bether, quae capta est A. C. CXXXIV, cum Judaeae praefectus esset Tinnius Rufus. Hinc igitur Tillemontius efficit, hunc Tinnium Rufum sub Hieronymi T. Annio Rufo et Talmudicorum Turano Rufo latere. Quae ejus opinio mihi quidem prae meâ conjec-

rosolyma penitus solo aequata, et in aeternam ejus rei memoriam aratrum iis impressum fuisse; multa etiamnum sunt, qnae suadeant, TURANUM RUFUM, a quo solennitatem istam celebratam esse narrant Talmudici, hunc igitur a nostro MUSONIO RUFO TYRRHENO esse diversum. Nam ne repetam, quae § 4. disputata sunt, de totâ βαρῶν ἐπιμελείᾳ nil constare, aratri impressionem nulli praefecto propriam vindicari, vitam denique omnem militarem a Musonii personâ alienam esse; ipsa temporis ratio magnopere repugnat. Quomodo enim credibile aut probabile est, virum in bellicis rebus numquam versatum neque expeditionis Judaicae socium, qui eo ipso anno, quo excisa sunt Hierosolyma, Egnatium Celerem Romae accusaverat, adeoque ibi per aliquod tempus degerat, hunc igitur celeriter adeo, solennitatis illius ex munere peragendae causâ, in Judaeam arcessi, proficisci, eodemque anno cum Imperatore et exercitu Romam reverti: damnationem enim Celeris, Hiero-

jecturâ de Terentio Rufo placeret, modo satis constaret, eo demum tempore aratrum Hierosolymis impressum esse.

rosolymorum excidium, et Philosophorum sub Vespasiano relegationem, a quâ exemtus est Musonius, eodem U. C. anno 824. Vespasiano II. Cons. accidisse constat. Nec opus est, ut totum Talmudis testimonium tamque notabilis rei memoriam, quam jure miratur Scaliger quomodo ista gens hucusque in libris suis conservare potuerit, tamquam nullius pretii rejiciamus. Memoratur enim (1) in Belli Judaici Historiâ TERENTIUS RUFUS, vir militaris, qui, abeunte Romanorum exercitu, cum praesidio in Judaeâ mansit. Hujus igitur nomen in TURANUM RUFUM facile depravari potuisse, nemo, credo, negabit: neque cuiquam potius convenit ultima illa peractae expeditionis solennitas, quam ei praefecto, qui in desolatâ regione cum praesidio militum maneret. Si fides igitur Josepho habenda est, et urbs Hierosolyma, simulac capta est, solo fuit aequata, non improbabilis mihi conjectura videtur, Terentium Rufum sub Judaeorum Turano Rufo latere. Si quis tamen mea dubia solvere, factumque vulgo Musonio ad-

(1) Fl. Josephus, B. Jud. p. 406. atque, ut probabile est, etiam p. 153, et 155.

adsignatum certis rationibus ei vindicare queat, tam notabilem rem paucis illis, quae de tanti viri rebus cognita habemus, accedere laetabor.

§. X.

Subactis tandem Judaeis, Vespasianus in urbem reversus insigne dedit Musonio favoris documentum (1). Offenderant Imperatorem loquendi libertate Helvidius Priscus, Demetrius Cynicus, aliique Stoicam Cynicamve doctrinam professi. Quorum erga optimum principem iniqua convicia ipsum fortasse Vespasianum minus movissent, nisi ipsius animum contra Philosophos exacerbasset Mucianus, vir magnae apud ipsum in Imperio et acquirendo et administrando auctoritatis. Hic persuasit Imperatori, ut irae magis quam doctrinae studio obtemperaret, omnesque omnino Philosophiam professos urbe expelleret, Demetrium vero et Hostilium in insulas relegaret. Ab hac communi calamitate unus exemtus est Musonius, qui solus e Philosophis Ro-

(1) Dio Cassius p. 1087.

Romae mansit, ibique reliquum vitae tempus degisse videtur. Patris certe erga eum favorem retinuit et auxit filius Titus, cui *συγγεγονέναι* Musonium prodidit Themistius (1), eo loco, ubi plures memorat Philosophos principum amicitiâ et familiaritate conspicuos. Hoc etiam vel posteriori tempore scripta et habita fuisse videtur Dionis Chrysostomi, sub Domitiano et Nerva inprimis clari, deperdita oratio contra Musonium, cujus notitiam Synesio (2) debemus: qui eam non e Sophistico exercitationis studio (*οὐ γυμναζομένου τῷ τόπῳ τοῦ Δίωνος*), sed ex affectus veritate (*ἐκ διαθέσεως*) profectam fuisse, affirmat.

§. XI.

Et haec quidem temporis ordine ultima sunt, quae de Musonio ad posteritatis memoriam sint propagata. Nam prorsus improbabile est, eum esse Rufum, *ὕπατον ἄνδρα*, qui cum Nerva et Or-

(1) p. 137. *Hard.*

(2) in Dione p. 37. B.

Orfito, Domitiano suspectus fuit et ab eo relegatus est (1). Ut igitur de natalibus et juventute Musonii nil proditum reperimus, ita de rebus iis, quas in senectute gesserit, et de mortis tempore ne conjecturae quidem locus est relictus. Nam etiamsi constet, eum esse Musonium Bassum, qui a juniore Plinio (2) memoratur, quâ de re sequentis partis initio videbimus, nihil tamen inde efficias, nisi Plinium ipsi superstitem fuisse, quod quam sit vagum, quisque videt. Ego igitur illâ officii, quod susceperam, parte functus sum, quae vitâ Musonii cum publicâ tum privitâ continetur: cujus Historiam, quantum per pauca et obscura interdum Scriptorum testimonia licuit, disponere et illustrare studui. Epilogi loco libenter ipsius laudes a variis Scriptoribus memoratas adderem, nisi superiori tractationi fere omnes essent insertae. Ad alteram igitur, quae superest, Dissertationis partem pergamus, et de summi viri scrip-

(1) Philostr. V. A. VIII. 8. p. 284. ubi cf. Olearius.

(2) Epist. VIII. Ep. 31.

scriptis, dictis, placitisque exponamus: quae quo magis egregiam produnt Auctoris virtutem et sapientiam, eo magis est dolendum, neque plura neque certiora de tantò viro ad nostram notitiam pervenisse.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

De Philosophiâ Musonii.

SECTIO PRIMA.

De Fontibus, unde cognitio Philosophiae Musonii petenda est.

Quum de nullius Philosophi placitis accurate exponi aut judicari possit, nisi fontes, e quibus eorum cognitio haurienda est, indicentur ac diligenter aestimentur; in Musonii Philosophiâ tradendâ hanc partem minime praetermittendam putavi. Nam, licet a plurimis Scriptoribus ejus in Philosophiâ laudes magnopere celebrentur, ita ut Himerius (1) eum κατ' ἐξοχὴν *Philosophum* appellare non dubitaverit, et licet e Tacito universe constet, eum Stoicorum decreta secutum fuisse, nihil tamen inde colligi potest ad ipsius placita peculiarius cognoscen-

(1) Ap. Phot. Cod. CCXLIII, p. 596.

cenda. Ferebantur, si Suidae fides habenda est, antiquitus variae Musonii de Philosophicis rebus Dissertationes (λόγοι διάφοροι φιλοσοφίας ἐχόμενοι), quod an de scriptis ab ipso libris intelligendum sit, an vero de Ἀπομνημονευμάτων opere, de quo mox videbimus, incertum est. Sed ex iis dissertationibus, sive ab ipso sive ab alio memoriae mandatis, magna pars periit: nonnulla tamen, et in iis aliquot satis integra, capita servârunt in Eclogis suis Joannes Stobaeus, et in simili opere, hactenus inedito, Jo. Damascenus; de quibus, ut de unico et praecipuo Philosophiae Musonianae fonte, jam paullo accuratius videamus.

Suidas igitur, v. Πωλίων, memorat Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου, quae cum aliis scriptis tribuit Asinio Pollioni, Grammatico, qui Romae sub Pompejo vixit, et Timagenis scholam suscepit. Et in hac quidem commemoratione Suidam turpiter lapsum esse, et varios Polliones confudisse, patet ex aetate Musonii, qui Pompejo multis annis junior exstitit. Sed illud non aeque certum est, cui Pollioni recte tribuatur Ἀπομνημονευμάτων opus. G. J. Vossius (1) errorem Sui-

(1) De Histor. Graecis p. 102.

Suidae secutus est. Jo. Alb. Fabricius (1) autem in eâ sententiâ fuisse videtur, ut scriptum putaret ab Asinio Pollione, Tralliano, juniore Sophistâ, quem cum antiquo ejusdem nominis Grammatico facile confundere potuit Suidas. Jonsius vero aliique, solâ conjecturâ, Valerium Pollionem, qui sub Imperatore Hadriano Grammaticam Alexandriae professus est, M. Antonini praeceptor fuit, Lexicon vocum Atticarum edidit, cujus notitiam Photio debemus, et Diodorum denique Philosophum filium reliquit, hunc igitur ejus operis auctorem statuunt. Mihi quidem ex his V. V. D. D. sententiis neutra satis probatur, idque in primis ob egregium Plinii Junioris locum, ad quem cum nemo hucusque satis attendisse videatur, eum hoc loco accuratius excutiendum putavi.

Exstat igitur Plinii epistola, quâ magnopere Cornuto commendat, et a morum ingeniique praestantiâ laudat Claudium Pollionem, *Virum*, ut ipsius Plinii verbis eum significem, *rectum, quietum, ac paene ultrà modum verecundum, qui quum* in militiâ degeret et *alae milliariae prae-*

(1) Bibl. Gr. V. II. p. 406.

praeësset, hanc provinciam summâ integritate et sollicitâ diligentiâ administraverat: qui postea promotus ad amplissimas procurationes nullâ occasione corruptus ab insito abstinentiae amore deflexerat, nunquam secundis rebus intumuerat, nunquam officiorum varietate communem humanitatis laudem infregerat, qui denique postea eâdem animi firmitate otium passus erat, quâ laboribus antea suffecerat. Hic, qui *studia quoque ut alias bonas artes veneraretur et amicos reverenter in primis ac fideliter coleret, nec mortuorum memoriam negligeret;* egregium hujus utriusque rei dederat documentum *in prorogandâ et extendendâ memoriâ Musonii Bassi, gravissimi Civis, de cujus vitâ librum ediderat.*

Jonsius igitur, qui, praeter Vossium (1), solus, quod sciam, hujus loci diserte meminit, quamquam sententiam suam non satis distincte significavit, hunc Musonium Bassum a nostro diversum statuit, et utriusque Musonii res in illo libro, quem Plinius memorat, expositas fuisse conjicit. Sed mihi quidem in solâ nominis diver-

(1) De Histor. Lat. p. 232.

versitate non satis causae inesse videtur, ut ex hoc uno loco alium effingamus Musonium, de quo nihil usquam praeterea proditum reperiatur. Saepius enim apud Romanos unus idemque homo variis simul utebatur cognominibus, e quibus aliud alio frequentius occurrit: ne dicam Bassi nomen aut ex alio corrumpi, aut aliunde intrudi potuisse. Praeterea, quum fragmenta illa, quae apud Stobaeum exstant, ex Ἀπομνημονευμάτων opere petita sint, et ad nostrum Musonium pertineant, quod utrumque mox probabimus, statuendum foret, res duorum ejusdem nominis hominum, eodem tempore, a duobus itidem ejusdem nominis auctoribus memoriae proditas esse, quod mihi quidem prorsus absurdum videtur. Nec placet Jonsii conjectura, res utriusque Musonii eodem illo libro traditas esse; tum quia nullâ auctoritate nititur, tum quia et libri inscriptio, a Suida prodita, et Plinii verba indicare videntur, unius Musonii vitam eo libro contineri.

De Claudio Pollione (1) jam videamus, qui mi-

(1) Forte idem est, de quo Suetonius Dom. 1. *Satisque constat,* Clodium Pollionem, *praetorium virum,* *in*

mihi quidem diversus ab illis, quos memoravi, Pollionibus videtur, non adeo propter nominis diversitatem: hic enim eadem, quae de Musoniis, valeret ratio: sed quia tota Plinii commendatio ac laudatio a Grammatici personâ aliena esse videtur. Vitam in militiâ et rerum civilium administratione consumserat Claudius Pollio, literarum studia colebat quidem et *venerabatur*, sed non ita tamen, ut eas publice profiteretur, earumve laudibus magnopere inclaruisset: hoc enim satis ostendunt Plinii verba (*nam studia quoque sicut alias bonas artes veneratur*): quae omnia Pollioni, sive Tralliano, sive Alexandrino, Grammaticam artem profitenti ac docenti, minime conveniunt. Ut igitur, qualis mea sit de totâ re sententia, breviter explicem: Ἀπομνημονευμάτων Musonii Philosophi auctorem fuisse abitror Claudium quemdam Pollionem, Plinii amicum, virum literis excultum, sed a reliquis Pollionibus, professione Grammaticis, probe distinguendum. Hunc igitur, ut minus sibi cognitum, nec editis pluribus libris conspicu-

in quem est Poëma Neronis, quod inscribitur Luscio, *Chirographum ejus conservasse et nonnunquam protulisse, noctem sibi pollicentis.*

cuum, facilius cum Asinio Pollione confundere potuit Suidas, quam celebriorem Valerium Pollionem, cujus ipse saepius mentionem facit.

His igitur de 'Απομνημονευμάτων auctore praemissis, de ipsis videamus fragmentis, quae, meo judicio, et ad Musonium Rufum Stoicum pertinent, et ex 'Απομνημονευμάτων opere sumta sunt: quâ in re eo brevius versabor, quo minus ipsa habet difficultatis aut obscuritatis.

Quum de Musonio, Taciti auctoritate, constet, eum Stoicorum placitis addictum fuisse; haec vero fragmenta, ut sequenti sectione videbimus, plane e Stoicâ disciplinâ profecta sint, absurdum foret, ea alii potius penitus ignoto Musonio, quam noto et celebri Stoico, tribuere. Praeterea diserta in iis (1) occurrit de exilio Musonii mentio. Quae duae rationes, ne alias adjiciam, satis ostendunt, eas Dissertationes ad nostrum Musonium sine ullà dubitatione referendas esse.

Denique ex ipsâ earum Dissertationum ratione probabile est, eas non e libris, ab ipso Musonio scriptis, petitas esse, quod perperam credi-

(1) S. XXXVIII, p 236. l. 50.

didere Jonsius aliique: sed ex ejusmodi opere, quod et nomine et re ipsâ compositum esset ad exemplum Ἀπομνημονευμάτων Xenophontis aliorumve similium Scriptorum. Quale opus quum de Musonio exstitisse noverimus, nulla profecto est causa, quin ex eo ipso desumtas esse statuamus.

§. II.

Elegantissimo Dissertationum Musonii opere magnâ ex parte deperdito, multum in iis jacturae fecisse Philosophiam, nemo negaverit, qui vel unum alterumve e praestantissimis earum reliquiis, a Stobaeo servatis, cognoverit. Sed istae reliquiae quum variis apud Stobaeum locis dispersae, nec a quoquam viro docto accurate tractatae sint, hanc in primis ob causam vulgo parum cognosci legique videntur. Quod eo magis dolendum est, quo major in illis apparet et doctrinae praestantia et Xenophontea orationis simplicitas ac suavitas. Haec enim fragmenta ex omnibus, quae supersunt, Graecae Philosophiae monumentis, sola exemplum praebent Stoicae doctrinae Socraticâ methodo

trac-

tractandae: et hoc nomine ipsis egregiis Epicteti Dissertationibus, ab Arriano collectis, praeferenda videntur. Ut igitur quisque statim videre possit, quot et quales supersint sive longiores Musonii Disputationes, sive breves sententiae, neve in iis quaerendis molestiam quis patiatur, omnino necessarium duxi, eas hoc loco breviter et accurate recensere, ordine Sermonum Stobaei, quibus exstant singulae, servato. In hac vero recensione fragmentorum insigniorum argumenta verbo tantum notabo, reliquorum non nisi loca significabo, quum uberior eorum tractatio ad sequentem hujus capitis partem pertineat.

Exstant igitur apud Stobaeum:

Serm. I, p. 17. Wech. I, p. 18. brevis sententia.

Ibid. Wech. I, p. 19. Dissertatio *de Vestium Aediumque magnificentiá et luxu*, quae mihi proxime cohaerere videtur cum aliâ disputatione *de Supellectilis magnificentiá*, quàe exstat Serm. LXXXIII, ita ut duo haec fragmenta unum illudque integrum Ἀπομνημονευμάτων caput constituerint.

Serm. II, p. 31. Wech. XVI, p. 57. V, 70.

 Wech.

Wech. XXXVII, p. 119. VI, p. p. 78, 80. Wech. XXXVIII, p. p. 127, 129. breves sententiae.

Serm. VI, p. 182. Wech. XXXVIII, p. 131. *de Temperantiá in re venereá.*

Ib. p. 83. Wech. ib. p. 133. *de Tonsurá:* initio integra.

Serm. VII, p. 88. Wech. XLVIII, p. 167. tres breves sententiae.

Serm. XVII, p. 159. Wech. XXXIX, p. 139. *de Cibis eligendis et Temperantiá in victu* (1): integra.

Serm. XVIII, p. 166. Wech. XLIV, p. 156. *de Temperantiá et Officiis in sumendo cibo:* integra.

Serm. XIX, p. 169. Wech. XCII, p. 307, *de Actione injuriarum Philosopho non suscipiendá:* integra.

Serm. XIX, p. 202. Wech. CXVII, p. 366. *de tolerando labore:* integra.

Serm.

(1) In Thesauro Antiquitatum Graecarum vol. VIII, p. 2466. liber exstat hac inscriptione; *Musonii Philosophi opus de luxu Romanorum:* sed non est nisi Latina versio hujus fragmenti, cujus occasione multa de Romanorum luxu congessit Stephanus Niger.

Serm. XXIX, p. 204. Wech. CXVII, p. 368. *de Virtute non in disciplinâ solum, sed in actione etiam et exercitatione positâ:* initio integra.

Serm. XXXI, p. 212. Wech. CXXII, p. 382. brevis sententia.

Serm. XXXVIII, p. 234. Wech. CLVIII, p. 558. Dissertatio, quâ ostenditur, *Exilium non esse malum:* integra.

Serm. XLVI, p. 326. Wech. CXLVII, p. 487. tres breves sententiae.

Ib. p. 336. Wech. ib. p. 496. Musonii ad regem quemdam Syriae oratio *de Philosophiâ, Regi prorsus necessariâ:* integra.

Serm. LIV, p. 370. Wech. CCXXII, p. 737. Dissertatio de *Quaestûs genere, quod Philosopho optime conveniat:* initio mutila; in eâ, quae superest, parte ostenditur, *Agriculturam et rusticam vitam Philosopho potissimum eligendam esse.*

Serm. LXV, p. 412. Wech. CLXXXVI, p. 632. Dissertatio, quâ ostenditur, *Nuptias Philosophum non impedire, sed potius decere:* integra.

Serm. LXVII, p. 424. Wech. CLXXXVIII, p.

p. 644. *de fine et consilio Nuptiarum:* cohaerere proxime videtur cum alio fragmento Serm. LXVIII, quod est *de eligendâ uxore:* ita ut duo haec fragmenta in unum conjuncta integram forte constituant Dissertationem, modo in initio addatur formula solennis ἔφη.

Serm. LXVIII, p. 428. Wech. CLXXXIX, p. 648. *de Uxore eligendâ:* cohaeret, ut diximus, cum praecedenti.

Serm. LXXIII, p. 450. Wech. CXCIV, p. 670. Fragmentum initio mutilum, quo *Liberos omnes tollendos esse* demonstrat: pars posterior esse videtur fragmenti ejusdem, cujus prior exstat Serm. LXXXII.

Serm. LXXVII, p. 458. Wech. CXCVIII, p. 677. Dissertatio *de Officiis liberorum erga Parentes:* integra.

Serm. LXXXII, p. 478. Wech. CCIX, p. 697. Fragmentum initio mutilum, quo *Liberos omnes tollendos esse* demonstrat ejusmodi argumento, quod ex naturali fratrum amore ducitur: cohaerere videtur, sed ita ut priori loco ponendum sit, cum fragmento, quod exstat Serm. LXXIII.

Serm. LXXXIII, p. 489. Wech. CLXXIII,

p.

p. 595. *de Supellectilis magnificentiá:* pars posterior integrae Dissertationis, cujus prior exstat Serm. I, e cujus Dissertationis initio probabile est, ei in integro Ἀπομνημονευμάτων opere proxime praecessisse caput illud, quod est Serm. XVII, p. 159. *de Victu.*

Serm. XCII, p. 513. Wech. CCXXIX, p. 756. brevis sententia.

Serm. CXVI, p. 595. Wech. CCLXIX, p. 870. Disputatio, quae initio integra est, sed in fine mutila videtur, *de optimo Senectutis viatico, quod in Philosophiá positum esse* ostenditur.

Serm. CXVII, p. 600. l. 40. Wech. CCLXXII, p. 880. brevis haec sententia: *Τοῦ ἀποθανεῖν ὁμοίως ἐπικεκλωσμένου πᾶσιν, οὐ τὸ βραδέως ἀλλὰ τὸ ἐμφανῶς ἀποθανεῖν μακάριον.* Huic in editionibus Stobaei nullum adscriptum est nomen, sed Musonio tribuit Codex Parisinus, quem contulit H. Grotius.

§. III.

Et hae quidem sunt Philosophiae Musonianae reliquiae, quas in editâ Stobaei collectione re-

reperire licuit. Sed nullus dubito, quin plures etiam supersint in aliis integrioribus Stobaei Codicibus; cujusmodi duo in primis celebrantur: alter Augustanus, qui Augustae Vindelicorum servatur; alter Augustinianus, qui in Bibliothecâ Lugduno Batavâ exstat. Ex istis duobus Codicibus Specimen protulit egregium Vir doctus (1) in Obs. Misc. Vol. VII. p. 193, fragmentum scilicet Musonii, *de insitis humano generi virtutis seminibus.* Sed de his alio tempore, si quando propositum de fragmentis Musonii edendis perficere licuerit. Ex ejusmodi Stoi-

(1) Is est Jo. Christ. Wolfius, qui Codicem utrumque, et Augustanum et Augustinianum, diligenter contulerat. Servatur ista collatio Hamburgi in Bibliothecâ publicâ. Ejus partem, quae ad Augustanum Codicem pertinet, amicorum Hamburgensium beneficio, describi curavit et mecum communicavit cl. Wyttenbachius, unde cognovi, Codicem istum, qui Augustae Vindelicorum est, solas continere Stobaei Eclogas Physicas, nec habere, quod ad Musonium pertineat, quin et plurima, in editis exemplis non obvia, Poëtarum aliorumque Scriptorum fragmenta in isto specimine, quod est in Observatt. Miscell., jam vulgata esse. Locum igitur Musonii, ibi prolatum, ex Leidensi codice sumtum esse, atque in eo plura forsan inedita latere conjicio.

Stobaei exemplo forte desumta sunt, quae in JOANNIS DAMASCENI *Sacrorum Parallelorum* Codice Florentino hucusque latuerunt, Graecorum Scriptorum loca, nuper in lucem revocata Ruhnkenii, S. V. industriâ et sagacitate. Hinc Cel. Praesidis beneficio ad me pervenerunt quatuor ineditae, eaeque insignes, Musonii Dissertationes. Primâ ostenditur, *Filias eâdem, quâ filios, ratione instituendas esse:* alterâ, *Mulieres etiam philosophari debere:* tertiâ, *Ad unam rem demonstrandam non multis adeo, sed necessariis, rationibus utendum esse.* Hae cum ratione, tum oratione, ita cum reliquis, quae memoravi, fragmentis conveniunt, ut ex eodem fonte petitas esse dubitari nequeat. Quarta hanc habet inscriptionem: Λυκίȣ ἐκ τῶν Μουσωνίου: in eâque demonstratur, *Bene vivendi consuetudinem longe praeferendam esse facultati de rebus bonis atque honestis egregie disserendi.* Haec igitur a reliquis nonnihil diversa videtur. In omnibus enim iis, de quibus dixi, Dissertationibus, Musonius ipse e suâ personâ, non interruptâ oratione, loquitur, nec nisi subinde in initio et in fine pauca occurrunt alterius verba, quibus occasio sermonis significetur; in hac vero Luci-

cius ille, quisquis tandem fuerit, e suâ personâ colloquium refert: ut narret, quid ad propositam quaestionem dixerit Musonius, quid alter ei responderit, quid iterum reposuerit, interjectis passim verbis *τῷ Μουσωνίῳ ἐδόκει* —— *ὁ δὲ ἀπεκρίνατο* —— *πάλιν ὁ Μουσώνιος* —— *ὁ Μουσώνιος συνάπτων τοῖς προειρημένοις*; et similibus. Argumentum vero ejusque tractatio nostro Musonio omnino convenit.

§. IV.

Jam videamus, an apud alios etiam Scriptores de Musonio quidquam supersit. Arrianus igitur in Dissertationibus Epicteti variis locis (1) meminit Rufi Philosophi, et ejus ad Epictetum aliosque dicta refert; quem Rufum propter nominis, temporis, et doctrinae convenientiam, non alium mihi videri nisi Musonium, supra (c. I. §. 3. in.) jam dixi. Hanc opinionem magnopere confirmaret Gellii locus (N. A. V. 1.); modo verum esset, quod putat Uptonus, eamdem ibi Musonio orationem tribui, quam

(1) Diss. I, I. p. 10. I, VII. p. 46. I, IX. p. 58. III, VI. p. 379. III, XV. p. 421. III, XXIII. p. 481.

quam breviter significavit Arrianus (Diss. III, 23. p. 481.) Praeterea saepius apud Stobaeum afferuntur loca *Rufi ad Epictetum in Epistolâ de amicitiâ* (1): de quibus, an ex deperditis libris Dissertationum Epicteti petita sint, et ad nostrum Musonium pertineant, pronunciare nihil audeo. Sed illud miror, in istis locis nihil fere inesse, quod Amicitiae argumento conveniat: a Stoico tamen profecta esse, omnino videntur.

Epistolas duas brevissimas Musonii ad Apollonium Tyaneum servavit Philostratus (2), nisi potius ab alio sub Musonii nomine fictae sint. Has

(1) Serm. XIX, p. 169. XX, p. 174. ibid. CVI, p. 571. in Ecl. Eth. p. 199. Citat praeterea Fabricius B. Gr. v. VIII, p. 716. *Musonium in epistolâ de amicitiâ, p.* 31. Est ibi quidem excerptum ex Epistolâ de amicitiâ, sed non adscripto Musonii vel Rufi nomine: citat idem duo Musonii loca, alterum e Maximo Opp. Tom. II., p. 561, alterum ex Antonio: l. II. c. 1. quorum neutrum invenire potui. Reliquae, quas ex Antonii et Maximi collectaneis laudat Fabricius, Musonii sententiae ad unam omnes in Stobaeo quoque reperiuntur.

(2) V. A, IV. 46. p. 187. Idem L. V, 19. p. 202, quem locum supra (c. I. §. 5.) attuli, tangere videtur

Has easdem esse puto, quas (v. Μουσώνιος) memorat Suidas. Nec majoris forte pretii est Epistola Musonii in collectione epistolarum ineditâ, quae servatur in Bibliothecâ Laurentio-Mediceâ, teste D. C. Montfalcono (1) in Bibliothecâ Bibliothecarum p. 349.

Apophthegmata nonnulla Musonii memorant Plutarchus (2), Philostratus (3), et A. Gellius (4).

De-

tur Scriptorem quemdam, qui de rebus Musonii minus accurate exposuisset. Quo loco ut verba obscura sunt, ita de re nihil constat.

(1) Idem Montfalconus in Bibliothcâ Coissinianâ, p. p. 414, 575, et 577, recenset Epistolam Joannis Chrysostomi ad Musonium scriptam, quae ad recentiorem sine dubio Musonium pertinet.

(2) De Cohib. Irâ, p. 543, B: De Vit. Aere Al. p. 830, B.

(3) V. A. T, xix, p. 202: si quidem Philostrato laudatus ibi Musonius idem est ac Stoicus.

(4) N. A. V, 1: quam Musonii orationem Graece, sed breviorem, apud Arrianum (p. 481.) exstare putat Uptonus. N. A. XVI, 1: ubi perelegans est Musonii dictum, quod Cato jam Latine enunciaverat. Denique XVIII, 2. quod habet etiam Macrobius Sat. I, 5. Narrat praeterea Herodes Atticus app. Gell. IX, 2. factum dictumque Musonii, quod utrum ad nostrum

an

Denique verbo notandum est incerti Auctoris fragmentum, quod proxime apud Stobaeum sequitur Musonii disputationem Serm. I, atque a Gesnero (1) et Fabricio (2) ei tribuitur. Mihi quidem, quanquam nil certi statuere possum, ab alio tamen Scriptore, Telete forsan aut Junco, profectum.

SEC-

an ad eum pertineat, quem Tyro ortum, et Lucii cujusdam atque Herodis Attici familiarem fuisse, tradit Philostratus V. S. II. 1, p. 556, non statuo.

(1) In marg. Stobaei.

(2) Bibl. Graecâ v. VIII. p. 716.

SECTIO SECUNDA.

De ipsis Musonii placitis.

§. I.

De Philosophiâ universe.

Significatis igitur atque aestimatis, unde Musonii Philosophia petenda est, sequitur, ut ipsa ejus placita, inde desumta, exponam. Quâ in re ita versabor, ut primo loco definitiones ac laudes universae Philosophiae, quae passim in Musonii fragmentis obviae sunt, breviter colligam; tum de tribus Philosophiae partibus (1), Dialecticà, Physicâ, Morali, deinceps dicam. Sententias vero Musonii breviores seu Apophthegmata, si quae ad Philosophiae tractationem faciant, suis quaeque locis commemorabo.

Philosophia nihil aliud est nisi *Virtutis et honestatis studium* (2): *Scientia eorum, quae ad*

(1) Vid. Diog. Laert. VII, 139: ibique Aldobrandinus.

(2) Καλοκαγαθίας ἐπιτήδευσις: ap. Stob. XLVI, p. 338. l. 20: et ap. Jo. Damasc. in diss. ined.

ad vitam communem pertinent (1): *ipsa* denique *virtus et honestas* (2) Hinc intelligitur, eam non in pallio, barbâ, vel alienis a vulgi consuetudine moribus positam esse, sed in *scientiâ et perspicientia eorum, quae cognoscere oportet* (3) vel, ut est alio loco (4), in *indagando et perficiendo eo, quad decet et convenit.*

Ex his definitionibus manifestum est, quanta sit Philosophiae vis et potestas. Sola ex omnibus artibus virtutem ac felicitatem consequi docet (5): hoc sui studiosis praestat, ut mentis fa-

(1) Ἐπιςήμη περὶ βίου: ap. Jo. Damasc. Ap. eundem, alio loco, τὸ φιλοσοφεῖν definitur: τὸ ζητεῖν, ὅπως βιώσωνται καλῶς (scil. οἱ ἄνθρωποι). Dicitur eâdem ratione ap. Epict. Diss. IV, 1, p. p. 546. et 561. ἐπιςήμη τοῦ βιοῦν.

(2) Τὸ εἶναι ἀγαθὸν τῷ φιλόσοφον εἶναι ταυτόν ἐςι: ap. Stob. S. LXXVII, p. 460. l. 10.

(3) Ἐν τῷ φρονεῖν ἃ χρὴ καὶ διανοεῖσθαι: ib. l. 30. Pallium tamen, barba, et similia Philosophum decent, ut agnoscit Musonius eodem loco.

(4) S. LXV, p. 414, l. 10. Τὸ ἃ πρέπει καὶ ἃ προσήκει λόγῳ μὲν ἀναζητεῖν, ἔργῳ δὲ πράττειν. Cf. etiam S. LIII, p. 370. l. 30.

(5) S. XLVI, p. 338. l. 10.

facultatibus recte utantur; falsa a veris discernant; perspiciant, quid deceat, quid non; bonis rebus delectentur easque appetant, malas aversentur et refugiant (1); voluptates contemnant; decorum servent (2); justa et injusta accurate dijudicent (3); mortem, laborem, similia, mala non esse putent (4), eaque fortiter ferant; injuriam pati, quam inferre, malint (5); alios diligent, iisque bene faciant (6); deniqne in omnibus, quae secundum naturam sunt, doctores quasi ducesque sint generis humani (7).

Philosophia igitur, quae tam late patet, omnibus etiam convenit hominibus, nec ab ejus studio quemquam vel sexus, vel aetas, vel condi-

(1) S. LXXVII, p. 460, l. 20: et S. XLVI, p. 337, l. 30.

(2) S. XLVI, p. 337, l. 1.

(3) Ib. p. 336, 30. l.

(4) Ib. p. 337, l. 10.

(5) In Diss. ined. ap. Jo. Damasc. Ἀνάγκη πᾶσα ἐςι τὸν φιλόσοφον τὸ μὲν ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι χεῖρον νομίζειν, ὅσῳπερ αἰχίον, τὸ δὲ ἐλαττοῦσθαι τοῦ πλεονεκτεῖν ὑπολαμβάνειν,

(6) S. XLVI, p. 338, l. 30.

(7) S. LXV, p. 412, l. 30.

ditio eximere potest. Nam falsa est omnino vulgi opinio, mulieres philosophari non debere. Quum enim easdem a Diis mentis facultates, sentiendi instrumenta acceperint ac viri, easdem quoque virtutes utrique sexui convenire necesse est. Virtutis vero studio Philosophiae officium continetur, non autem vanâ et Sophisticâ disputandi facultate; quam solam, neglectâ actionum honestate, sectari neque virum, neque mulierem, decet (1). Optimum quoque senectuti viaticum praestat Philosophia, cum aliis de causis, tum quia sola ex hominum animis mortis metum evellere potest (2). Tantum etiam abest, ut Reges, aut alios summâ potestate praeditos, dedeceat Philosophia, ut nemini magis necessaria sit. Regi enim, prae ceteris hominibus, opus est prudentiâ, ut dijudicare possit, quid subditorum felicitati prosit: justitiâ, ut suum cuique tribuat: temperantiâ, ut et ab ipso et a toto populo luxus arceatur: for-

(1) In Diss. ined. ap. Jo. Damasc. Antisthenes ap. Diog. Laert. VI, 12. Ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή. De Stoicis ipsis diserte testatur Lactantius Instit. III. 25. eos statuisse *mulieribus* esse philosophandum.

(2) S. CXVI, p. 593, seqq.

fortitudine denique, ut mortem et labores pro eo non refugiat. Has igitur tales ac tantas res quum sola Philosophia polliceatur et praestet, sequitur, eam Regibus in primis esse colendam (1).

Ad omnes igitur homines quum pertineat Philosophia, paucis dicendum videtur de ejus institutione. Philosophiae enim cognitionem sine studio et exercitatione acquirere nemo potest. In juventute igitur opera danda est, ut tales nobis ipsi colligamus copias, quibus in omni vitâ, ad ultimam usque senectutem, uti possimus (2). Hoc ut consequamur, eorum, qui reverâ sunt Philosophi, disciplinae nos tradere, et ad eorum praecepta vitam instituere debemus (3). Nam monita egre-

gia

(1) S. XLVI, p. 334, seqq: quam disputationem miror a Gatakero V. D. ad M. Anton. p. 17, ubi multa de Rege Philosopho collegit, prorsus esse neglectam.

(2) CXVI, p. 595, l. 50: ubi ἀφορμὴ vulgatâ *Copiae* significatione dicitur, non autem Stoico sensu, quo *primam mentis aversationem* significat.

(3) Ib. p. 596, l. 30. Quod si quis in juventute neglexerit, vel senex etiam in eo operam ponere debet, ut audiat λόγους ὑποθετικοὺς παρὰ τῶν πεποιημένων

ἔργου

gia nullo cnm fructu audire, turpe in primis est et noxium. Atque eo magis acerrimo studio et assiduâ exercitatione opus est Philosophiae alumnis, quia non, ut ad ceteras artes, a falsis et praeoccupatis opinionibus liberi ad eam accednnt; sed corruptelae et pravitatis pleni, ac dedicendis opinionibns imbuti (2). Quod si juvenum indoles penitus pravitatis et mollitiei morbo corrupta est, ut ad sanitatem reduci nequeat, eos ne adtingere quidem Philosophiam praestat (3). Indolis vero bonitatem ut cognosceret Musonius, juvenes a Philosophiâ dehortari solebat (4). Quisquis enim verum et constantem Philo-

ἔργον εἰδέναι τίνα μὲν βλαβερὰ κ. τ. λ. (ib. l. 1.) Λόγοι ὑποθετικοὶ dicentur in primis apud Atticos *Hortationes : Philosophiae Moralis praecepta.*

(1) Ib. p. 596, l. 10.

(2) S. XXIX. p. 204, l. 30. προδιεφθαρμένοι τὰς ψυχὰς — ἐμπεπλησμένοι κακίας — ἐναντία μεμαθηκότες ; οἷς μαθήσεσθαι μέλλουσιν. Quibuscum egregie consentit Epictetus Diss. II, IX. p. 212. Πολλῷ γὰρ χρόνῳ τὰ ἐναντία ποιεῖν εἰθίσμεθα, καὶ τὰς ὑπολήψεις τὰς ἐναντίας ταῖς ὀρθαῖς χρηστικὰς ἔχομεν.

(3) S. LIII. p. 371, l. 30.

(4) Ut refert Epictetus, Diss. III, VI. p. 379.

losophiae amorem concepisset, eum ipsâ dehortatione magis alacrem fore putabat, sicut lapis, etiamsi sursum conjiciatur, suâ semper gravitate deorsum fertur.

In ipsâ vero institutione magnopere commendabat ejusmodi vivendi rationem, quâ discipulus cum magistro semper unâ degeret, neque ullâ in re, sive bene sive male agendâ, eum latere posset (1). Hinc rusticam vitam procul ab urbano strepitu tumultuque remotam, Philosophicae institutioni convenire putabat: sic enim futurum, ut discipulus cum Philosopho semper unâ opus faciens, unâ requiescens, simul cum illo edens, bibens, pernoctans, ex ipsius conspectu numquam discedere posset.

Denique, quum Philosophiae studium, ut vidimus, mulieres ac viros ex aequo deceat, ea-

(5) S. LIII. p. 371. *Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat*, ait Seneca Ep. XI. Hinc praecipere solebat Epicurus: *Aliquis vir bonus eligendus est, ac semper, ante oculos habendus, ut sic, tamquam illo spectante, vivamus, et omnia, tamquam illo vidente, faciamus.* Cf. Seneca Epp. XI et XXV.

eadem quoque institutionis ratio utrique convenit (1). Quod non ita est intelligendum, ut mulieres domestica officia negligere et in Sophisticâ disputandi ac Philosophandi subtilitate operam perdere debeant: sed unumquemque, sive vir sit, sive mulier, hoc decet, ut tales sectetur sermones Philosophicos, qui ad bene honesteque vivendum, qui solus est Philosophiae finis, prodesse possint.

§. II.

De Parte Dialectica.

Ad singulas jam Philosophiae partes accedamus, in quibus, e Stoicorum divisione, prima est Dialectica. De quâ etiamsi nihil peculiare in Musonii reliquiis reperiatur, tamen, cum ex universalibus de eâ praeceptis, tum ex ipsâ disserendi, quâ usus est, ratione, satis patet, eum Dialecticam plurimi fecisse, operam in eâ posuisse, sed a Sophisticâ et nimis argutâ demonstrandi disputandique libidine sedu-

(1) In Diss. ineditâ. ap. Jo. Damascenum.

dulo sibi cavisse. Nos igitur, quidquid in ejus fragmentis huc pertinere visum est, delibemus et in hunc locum colligamus.

Philosophia hunc in primis fructum sui studiosis ferre solet, ut disserendi facultate reliquis hominibus praestent, falsa a veris accurate discernant, illa refellant, haec rationibus confirment (1). Quâ in re quanta sit Philosophiae potestas, Rhetorum exempla ostendunt, qui, si quando iis usui venit sermonibus disceptare, saepius offendunt, haesitant, et sibi ipse repugnantia dicere coguntur. Si Rhetores igitur, neglecto Philosophiae studio, in eâ ipsâ re, cujus scientiam profitentur, Philosophis longe sint inferiores, quid de reliquis hominibus putandum sit, facile intelligitur (2). Quum igitur extremae sit insipientiae ac stupiditatis, sermonum fallaciis circumduci et falsa pro veris admittere (3). maxime necessaria est mentis exercitatio, quâ efficitur ut in promtu habeamus demonstrationes de rebus, quae bonae

(1) S. XLVI, p. 337, l. 30.

(2) Ibid.

(3) Ib. l. 20.

nae videntur, quum malae sint, aut malae videntur, qnum bonae sint; utque res vero bonas cognoscere et ab iis, quae bonae videntur, nec sunt, discernere queamus (1). Neque enim minus in veritatis judicio peccat is, qui falsis visis adsensum tribuit et vitiosum Syllogismum pro vero admittit, quam contra pietatem peccat is, qui Capitolium incendit vel patrem interficit (2).

Ex his praeceptis facile apparet, quanta sit Dialectici studii vis et utilitas. Nec tamen ideo putare debemus, aut solâ bene disserendi facultate totum Philosophi officium contineri, aut res etiam per se evidentes multis demonstrationum ambagibus confirmandas esse. Etenim neque Medicus, neque navis gubernator, neque Musicus quisquam reverâ habendus est, qui quidem de arte quam profitetur egregie disserit, sed e praeceptis illius agere et artem exercere nescit; ita Philosophici quoque sermones et demonstrationes nullâ aliâ, nisi actionum causâ suscipiantur: hac neglectâ prorsus inutiles atque inanes ha-

(1) p. 205. l. 10.
(2) Ap. Epictetum Diss. I, vII. p. 49.

habendae sunt. Licet igitur facultas bene disserendi de rebus honestis ordine prior sit bene agendi consuetudine, haec tamen multo majoris hâbenda est momenti, quam disputandi facultas quantumvis egregia (1).

Hinc eitam intelligitur, in Philosophicis rebus non multas adeo demonstrationes afferendas esse, sed tales, quae persuadendi vim habeant et necessario requirantur. Nam multa illa et verbosa argumenta, quibus gloriantur Sophistae, juvenibus minime conveniunt, et totam hominis vitam sine ullâ utilitate terere possint (2). Ut enim Medicus, qui paucis et aptis remediis sanitatem restituit, longe praeferendus est illi, qui multa aegrotis medicamina afferre solet, ita magis etiam laudandus est Philosophiae praecep-

(1) In Dissertatione inedita ap. Jo. Damascenum.

(2) S. LIII, p. 371, l. 1-20. Ταῦτα, inquit, τῷ ὄντι ἱκανὰ κατατρίψαι βίον ἀνθρώπου ἐςι. Quod sumtum videtur a Socrate, qui, ap. Xen. Ἀπομν. IV, VIII, 3 et 5, Geometricis et Astronomicis quibusdam quaestionibus ταῦτα ἱκανὰ εἶναι, dicit, ἀνθρώπου βίον κατατρίβειν καὶ ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν.

ceptor, qui paucis rationibus rei veritatem certo ostendit, quam qui longis et multis. Omnes igitur ejusmodi res, quae per se satis clarae sunt atqne evidentes, nullâ omnino indigent demonstratione: quae vero primâ specie minus perspicuae certaeque videntur, illae, certis lemmatibus praemissis, demonstrari debent, idque non multis rationibus, sed aptis et efficacibus. Qua in re spectanda est in primis eorum, quibus persuadere volumus, indoles, ingenium, atque educatio (1).

Denique non is finis est propositus monitis et orationibus Philosophi, ut laudent eum et admirentur auditores, sed ut ipsis vitiorum pudorem, poenitentiam, et horrorem incutiat, neque otium relinquatur prolixe laudandi: sin ninus, et is qui dicit, et illi qui audiunt, operam omnino perdidisse putandi sunt (2).

§. III.

(1) In Diss. ineditâ ap. Jo. Damascenum.

(2) ad. Epictetum Diss. III, XXIII, p. 841: et A. Gellium N. A. V, 1.

§. III.

De Parte Physicâ.

Physica jam spectemus Musonii placita, quae quamquam pauca sunt et fere popularia, manifesto tamen e Stoicâ doctrinâ profecta sunt et sanam plerumque Philosophandi rationem produnt. Hanc igitur partem sic distribuam, ut Mnsonii sententia de Mundo, Diis, Hominibus, ac Brutis deinceps exponatur.

I. Et de Mundo quidem ac Fato, qui uterque in Stoicorum Physica locus est insignis: de his igitur una exstat, eaque germane Stoica, explicatio Rufi ad Epictetum (1); quae quamquam non certissimâ auctoritate ad Musonium refertur, tamen eam memorandam putavi, ne quid omnino praetermissum videatur, quod ad ejus Philosophiam illustrandam vel probabili ratione adhiberi possit. Natura igitur Mundi, ex hujus loci sententiâ, talis et fuit et est et erit, ut nihil alio modo, quam quo fit, fieri possit, eique necessitati non homines tantum et cetera animantia sed Di-

(1) Ap. Stob. S. CXVI, p. 571.

Divina quoque subjecta sint. Quatuor etiam Elementa perpetuâ conversione agitantur, ita ut e terrâ fiat aqua, ex aquâ aer, ex aere aliud quidquam: ac deinde retrorsum similis fiat mutatio (1). In iis vero fragmentis quae certâ fide Musonio tribuuntur, nihil fere, quod huc referatur, occurrit, nisi Mundi definitio, quâ *civitas Jovis* dicitur, *quae constat ex hominibus ac Diis; communis hominum patria, cujus civem se putat Philosophus* (2): et Elemen-

(1) Τὰ τέσσαρα ϛοιχεῖα ἄνω καὶ κάτω τρέπεται καὶ μεταβάλλει. καὶ γῆ τε ὕδωρ γίνεται καὶ ὕδωρ ἀήρ. οὗτος δὲ πάλιν εἰς ἕτερα (legendum videtur εἰς αἰθέρα) μεταβάλλει· καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς μεταβολῆς ἄνωθεν κάτω. De hoc placito, quod ab Heraclito sumserunt Stoici, multa congessit Gatakerus V. D. ad Anton. IV, 46. Quibus addatur insignis locus Balbi ap. Cic. de N. D. II, 33. *Et cum quattuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi continuata natura est. Nam ex terrâ aqua, ex aquâ oritur aer: ex aere aether: deinde retrorsum vicissim ex aethere aer: inde aqua: ex aquâ terra.* Diogenes etiam Laertius VII, 41: τὰ μέρη τοῦ κόσμου εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν dicit.

(2) S. XXXVIII, p. 234, l. 30. Πολίτης νομίζει εἶναι (ὁ φιλόσοφος) τῆς τοῦ Διὸς πόλεως, ἣ συνέϛηκεν ἐξ ἀνθρώπων καὶ Θεῶν: et ibid. Κοινὴ πατρὶς ἀνθρώπων ἀπαν-

mentorum commemoratio, quâ ὕδωρ, γῆ, ἀήρ, ἥλιος καὶ τὰ ἄλλα ἄςρα junguntur (1).

II. Deum (2) et esse et summis virtutibus valere, statuit. Quae quidem virtutes genere non differunt ab iis, quas in perfectissimis hominibus

ἁπάντων, ὁ κόσμος ἐςί. Epicteto Diss. III, xxiv, p. 486. μία πόλις dicitur. Idem II, v, p. 192. Ἄνθρωπος, inquit, μέρος ἐςὶ πόλεως τῆς ἐκ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων. Cicero de Legg. I, 7. et de N. D. II, 62. *Mundus est una civitas communis Deorum atque hominum.* Cf. Just. Lipsius in Phys. Stoic. II, vii. et Upton ad Arr. p. 114.

(1) ib. l. 10. His enim postremis quartum significatur Elementum *Ignis* seu *Aether*, qui, ut ait Balbus ap. Cic. de N. D. III, 36, *constat ex altissimis ignibus —— ex aethere innumerabiles flammae existunt, est princeps Sol, omnia clarissimâ luce collustrans — deinde reliqua sidera magnitudinibus immensis.*

(2) Τὸν Θεὸν vel τὸν Δία vocat omnibus fere locis, ubi supremum Deum, Deorum atque hominum patrem et creatorem intelligit: ut p. p. 167, l. 10, sequ. 234, l. 40: 337, l. 50: 460, l. 1, seqq. 595, l. 20, sequ. Θεοὺς vero vel τοὺς Θεοὺς usurpare solet, quum de genere Deorum aut de Diis creatis et popularibus loquitur, ut p. p. 160. l. 20: 234, l. 40: 237, l. 30: 413, l. 40: 450, l. 20. sequ. 50: 489, l. 20, 595, l. 20.

bus cernimus (1). Nihil enim in Divinâ naturâ vel cogitatione informari potest, quod praestantius sit prudentiâ, justitiâ, fortitudine, temperantiâ. His igitur virtutibus praeditus Deus nullâ laetitiâ, injusto habendi amore, cupiditate, invidiâ aut aemulatione umquam movetur, magnanimus est, beneficus, et humani generis amantissimus (2). Nihil ei ignotum, nihil obscurum aut dubium est, nullis omnino demonstrationum subsidiis indiget (3). Hic igitur summus ac perfectus Deus, cujus Mundus est civitas (4), Pa-

(1) S. CXVI, p. 595, l. 20. Cicero de Legg. I, 8. *Virtus eadem in homine ac in Deo est, neque ullo alio ingenio praeterea.*

(2) ibid. ὁ Θεὸς ἀήττητός ἐστι ἡδονῆς (cui opponere solebant Stoici χαρὰν) καὶ πλεονεξίας (qua omnis *aequo plus habendi cupido* significatur) κρείττων δὲ ἐπιθυμίας (cui opponitur βούλησις) κρείττων δὲ φθόνου καὶ ζηλοτυπίας, μεγαλόφρων δὲ καὶ εὐεργετικὸς καὶ φιλάνθρωπος.

(3) in Diss. ined. ap. Jo. Damasc. Θεοὺς εἰκὸς οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως δεῖσθαι πρὸς οὐδὲν, ὅτι μηδὲ ἀσαφὲς μήτε ἄδηλόν ἐστιν αὐτοῖς μηδὲν, πρὸς ἃ μόνα δεῖ (sic enim lego pro eo, quod corrupte est in MS. πρὸς μόνα δὲ) τῶν ἀποδείξεων.

(4) S. XXXVIII, p. 234, l. 30.

F 2

Pater (1) est et creator (2) Deorum atque hominum, eosque suâ providentiâ regit (3).

De minoribus Diis hoc unum occurrit apud Musonium, eos nutriri particulis, quas exhalent terra et aqua (4).

Ce-

(1) S. LXXVII, p. 460, 1. Ὁ κοινὸς ἁπάντων πατὴρ ἀνθρώπων τε καὶ Θεῶν, de quo celebri Jovis epitheto cff. Upton. ad Arr. p. 15. et Dav. ad Cic. de N. D. II. 2. Sic Horatius etiam ex. ed. Bentl Od. I, XII, 13.

Quid prius diam solitis PARENTIS
Laudibus? qui res hominum ac Deorum —— Temperat.

(2) S. XVIII, p. 167, i. 10, Ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον: et S. LXV, p. 412. l. 30. ὁ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργός. Sic ap. Diog. Laert. VII, 147. τῶν ὅλων δημιουργὸς dicitur.

(3) Τῶν Ἀρχομένων enim pater dicitur S. XLVI, p. 337, l. 50. Exstat quoque Musonii de *Providentia* dictum ap. Epict. Diss. III, xv, p. 421, ubi, quum Galbae mors nunciata esset, et Musonio dixisset aliquis: ὅ τι νῦν προνοίᾳ ὁ κόσμος διοικεῖται; respondisse dicitur: μή παρέργως ποτ' ἀπὸ Γάλβα κατεσκεύασα, ὅτι προνοίᾳ ὁ κόσμος διοικεῖται. Quae verba, quum perobscura et a V. V. D. D. diverso ac plane contrario sensu accepta sint, memoranda quidem putavi, sed intelligere aut explicare nullo modo possum.

(4) S. XVII, p. 160, l. 20. Τοῖς Θεοῖς ἀρκεῖ εἰς τροφὴν οἱ ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος ἀναφερόμενοι ἀτμοί. Quae egre-

Ceterum, quod ad popularem Deorum cultum adtinet, luculentus est apud eumdem locus de Diis Πατρῴοις ut vocantur: et de Jove Ξενίῳ, Φιλίῳ, atque Ὁμογνίῳ, contra quem peccant illi, qui hospites, amicos, aut cognatione sibi conjunctos, injuriâ afficiunt (1). Nuptiis etiam Deos praeposuit hominum opinio, eosque in-sig-

egregie illustrantur Ciceronis loco de N. D. II, 16. *Cibo quo utare, interesse aliquid ad mentis aciem putant. Probabile est igitur praestantem intelligentiam in sideribus esse — quae marinis terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur.* Ibid. c. 23. *Stellae — non his escis aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres aut nimis concretos humores colligant.* Ibid. c. 46. *Stellae — terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur his, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur.* Unde intelligitur, de sideribus accipiendum esse Musonii locum, quae divinâ intelligentiâ praedita esse et terrae aquarumque exhalationibus nutriri dicebant Stoici. Cf. omnino Diog. Laërtius VII, 145. ibique Intt. et quae congessit Justus Lipsius in Physiologia Stoicorum II, xiv.

(1) S. LXXIII, p. 450, l. 40. Hunc locum non neglexit Cel. Ruhnkenius ad Tim. p. 193, ubi de Diis ὁμογνίοις plura dedit: quibus addatur insignis Epicteti locus III, xi. fin. p. 403.

signes, Junonem, Amorem, Venerem (1). Et omnino publicus Deorum cultus qui sacrificiis, initiationibus, aliisque ministeriis continetur, minime est negligendus, sed magna in eo pars est justitiae et pietatis (2).

III. De homine jam videamus, qui Deum patrem habet et creatorem, eumque cognatione adtingit (3). Solus enim, ex omnibus, quae in terrâ vivant, animantibus, imitatione quasi expressa Dei est imago et similes Divinis habet virtutes (4). Hunc igitur e terrà ortum statuisse videtur Musonius, quippe qui eam *generis humani matrem et nutricem* vocet (5). Constat

(1) S. LXV, 413, l. 40. *Θεοὶ ἐπιτροπεύουσιν αὐτὸν, (καθὸ νομίζονται παρ᾽ ἀνθρώποις) μεγάλοι, Ἥρα Ἔρως, Ἀφροδίτη.*

(2) S. LXXXIII, p. 489, l. 20.

(3) S. S. XVIII, p. 167., l. 14. LXV, p. 412, l. 30, LXXVII, p. 460, l. 1.

(4) S. XVII, p. 160, l. 20. *Ἄνθρωπος συγγενέστατον τοῖς Θεοῖς τῶν ἐπιγείων ἐστι*: et S. CXVI. p. 595. l. 20. *Ἄνθρ. μόνον τῶν ἐπιγείων μίμημα ἐστὶ Θεοῦ ἐκείνῳ δὲ παραπλησίας ἔχει τὰς ἀρετάς.*

(5) S. LIII. p. 370, l. 40. *Ἡ γῆ τροφός τε καὶ μήτηρ ἐστιν ἡμῶν.* Cf. Justus Lipsius in Physiol. Stoic. II. XVIII, init. Hinc S. XVII, p. 606. *τὴν ἐκ γῆς τροφὴν σύμφυλον ἀνθρώπῳ* dicit.

stat homo duabus partibus, Animo et corpore (1), quae partes arctissimo vinculo conjuntae sunt, ut, si corpus gravi labore defatigetur, Animus quoqne vim cogitandi satis intendere nequeat (2). Hinc etiam gravioribus corporis nutrimentis Animo tenebrae quasi oboriuntur et cogitandi facultas impeditur: *sicca enim et pura anima sapientissima est et optima* (3).

Ex his partibus praestantior est Animus (4): qui

(1) S. XXIX. p. 204, l. 40. Ἄνθρωπος σύνθετόν τι ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

(2) S. LIII. p. 370, l. 30.

(3) S. XVII. p. 160, l. 20. Ἡ κρεώδης τροφὴ βαρύτερα καὶ τοῦ νοεῖν τὶ καὶ φρονεῖν ἐμπόδιος· ἡ γὰρ ἀναθυμίασις ἡ ἀπ' αὐτῆς θολωδέςερα οὖσα ἐπισκοτεῖ τῇ ψυχῇ —— ἡ ψυχὴ, καθαρὰ καὶ ξηρὴ οὖσα, ἀρίςη καὶ σοφωτάτη εἰς πᾶν, καθάπερ Ἡρακλείτῳ δοκεῖ λέγοντι, αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίςη. Sic enim pro vulgato αὖ γῆ ξηρὴ ψυχὴ σ. κ. α. restituerunt V. V. Cll. P. Wesselingius in Obss. Misc. vol. V. T. II, p. 12: et C. G. Heynius in singulari programmate, quo celebratum hoc Heracliti dictum nuper accurate tractavit, cujus scriptionis summa exponitur Biblioth. Crit. P. VII. p. 140.

(4) S. XXIX, p. 204., l. 40.

qui varias ipse habet partes (1). Earum una est *διάνοια* seu *τὸ λογιςικὸν*, quâ in ratiocinando et philosophando utimur. Hanc in tutissimâ quasi arce posuit Deus, ut neque videri neque prehendi possit; et ab omni necessitate libera suique juris sit (2). Ipsa vero ratio (*Λόγος*), quam Deus ex aequo viris ac mulieribus indidit (3), duplici facultate continetur. Ejus enim auxilio et cum aliis hominibus, quae volumus, com-

(1) Quas octo faciebant Stoici, ut est ap. Diog. Laert. VII, 157.

(2) S. LXXVII. p. 460. l. 20. *ψυχῇ φιλοσοφοῦμεν καὶ ταύτης ὀλίγῳ μέρει, ὃ δὴ, οἶμαι, διάνοιαν καλοῦμεν. Ταύτην γε μὴν ἐν ὀχυρωτάτῳ ἵδρυσεν ὁ Θεὸς, ὥςε ἀόρατον εἶναι, καὶ ἄληπτον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐκτὸς, ἐλευθέραν καὶ αὐτεξουσίαν.* Cic. Tusc. I, 10. *Animae principatum, id est rationem, in capite, tamquam in arce, posuit* (Plato). Stoici vero eam in corde ponebant. Cf. Diog. Laert. VII, 159. fin. ibique Intt.

(3) in Diss. ined. ap. Jo. Damasc. *Λόγον τὸν αὐτὸν εἰλήφασι παρὰ Θεῶν αἱ γυναῖκες τοῖς ἄνδρασι.* Viri tamen fortiores naturâ sunt, imbecilliores autem mulieres, ut est S. VI. p. 83, l. 30. *ἰσχυρότεροι τὴν γνώμην οἱ ἄνδρες*, et ap. Jo. Dam. *Ἐν τῷ γένει τῷ ἀνθρωπίνῳ ἡ μὲν ἰσχυροτέρα φύσις ἡ τῶν ἀῤῥένων, ἡ δὲ ἀσθενεςέρα ἡ τῶν θηλείων.*

communicamus, et ipsi de rerum bonitate vel pravitate, honestate, vel turpitudine, judicamus (1).

Omnium hominum Animis ingenerata sunt virtutis quasi semina, ad eamque naturâ facti sunt omnes (2), aliis vero artibus nulla in Animo fundamenta substrata sunt (3). Ceterum non om-

(1) in Diss. ined. ap. Jo. Dam. Λόγος —— ᾧ τε χρώμεθα πρὸς ἀλλήλους καὶ καθ' ὃν διανοούμεθα περὶ ἑκάςου πράγματος, εἰ ἀγαθόν ἢ κακὸν ἐςι, καὶ καλὸν ἢ αἰχρόν. Quam Stoicorum divisionem sequuntur etiam Philo Jud. v. II, p. 154, Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. I, 65, Galenus in Protrept. c. 1. et Porphyrius de Abstin. III, 2. λόγον in προφορικὸν et ἐνδιάθετον distribuentes. Vid. Biblioth. Crit. P. VI, p. 107.

(2) ap. Stob. in Obs. Misc. v. VII, p. 193. Ἀρετῆ φῦσει ἡμῖν μέτεςι —— πρὸς ἀρετὴν γέγονε ὁ ἄνθρωπος —— φυσικὴ ἐςὶν ὑποβολὴ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ πρὸς καλοκαγαθίαν καί σπέρμα ἀρετῆς ἑκάςῳ ἡμῶν ἐνεςι. et ap. Jo. Dam. ὀρέξεις καὶ οἰκειώσεις πρὸς ἀρετὴν memorantur. Quae tamen non ita intelligenda sunt, ut evertatur illud Cynicorum ac Stoicorum placitum: Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ: de quo cf. Lipsius in Manud. II, x. Ipse enim Musonius de institutione et disciplinâ Virtutis egregia praecepit, quae collegimus §. 1. Sed de his plura etiam § sequ.

(3) ap. Stob. in Obss. Misc. l. c. Ἐκείνων (γραμ-

omnes homines aequalibus praediti sunt facultatibus, sed alii acutiores sunt, alii stupidiores, naturae bonitate vel vitio (1).

De Animi post corporis mortem statu in Musonii fragmentis ne vestigium quidem superest: et eo ipso in loco (2), ubi de contemnendâ morte disputat, nullas ex Animi post hanc vitam perduratione ducit rationes. Quamvis igitur definiri nequeat, utrum Animum corpori superstitem crediderit nec ne, satis tamen hinc intelligitur, eum in hac opinione vel nullam vel perexiguam vim posuisse ad Virtutis commendationem et mortis contemtum.

Cor-

μάτων, Μουσικῆς, Παλαιςρικῆς) *οὐδὲν φύσει τῷ ἀνθρώπῳ μέτεςι, οὐδὲ ἥκει εἰς τὸν βίον ἔχων ὑποβολάς.*

(1) ap. Jo. Damasc. *Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ὀξύτεροι, οἱ δὲ ἀμβλυτέροι εἰσίν —— οἱ μὲν φύσεως ὄντες χείρονος —— οἱ δὲ εὐφυέςεροι.*

(2) S. CXVI, p. 596, l. 20. *Animos diu mansuros* ajebant Stoici, *semper*, negabant. Et fuerunt in ipsis, qui Animi immortalitetem omnino negarent, ut Panaetius. Hinc pauca omnino in eorum Scriptis hac de re produntur. Cf. Cicero Tusc. I, 32. ibique Dav. Gatak. ad Ant. IV, 21. et Lips. Phys. Stoic. III, xi.

Corpus, quamquam praestantiâ cedat animo, non tamen omnino contemni vel negligi debet: saepius enim Virtutes eo tamquam instrumento ad vitae actiones utuntur (1): ejusque partes conservationis, non voluptatis, causâ a Deo opifice confectae sunt (2).

Plura sunt egregia apud Musonium praecepta; de homine ad virtutem facto; de naturali generationis et societatis amore; de cognationis vinculo, quo propinqui, cives, alii, continentur. Quae omnia, quum Philosophiae Practicae fundamenta constituant, in eam tractationem differenda judicavi.

IV. Bruta denique, etiamsi nullam virtutis aut honestatis habent notionem (3), nullo conti-

(1) S. XXIX, p. 204, l. 50.

(2) S. XVIII, p. 167, l. 1. Sic. v. c. *ἡ κατάποσις δίοδός ἐστι τροφῆς οὐχ ἡδονῆς ὄργανον, ἡ δὲ γαστὴρ τοῦ αὐτοῦ χάριν, οὗπερ ἕνεκα καὶ φυτῷ παντὶ ῥίζα γέγονε — διαμονῆς ἕνεκα — καὶ οὐχ᾽ ἡδονῆς.* Nec voluptatis, at conservationis causâ Deum hominibus cibos dedisse, hoc argumento ostendit ibid. l. 20, quod eo longo tempore, dum cibus concoquitur et nutrit, voluptate nullâ afficiamur, eam vero brevi illo momento percipiamus, quo edimus.

(3) Bruta quidem ipsa non ad voluptatem, sed ad *suam*

tinentur societatis vinculo, justa et iujusta vi metiuntur (1), vel sic tamen saepius hominibus exemplo esse possint. Licet enim vehementissimâ cupidine in cibos ferantur, solâ tamen satietate contenti nihil ulterius quaerunt, nec, ut homines, artificiosâ cibi praeparatione indigent (2). In pugnis etiam subeundis, et eorum, quae genuerunt, defenſione, talia edunt fortitudinis specimina, quae admiratione et imitatione digna sint (3).

§. IV.

suam quaeque *virtutem* nata esse et ab ipsâ naturâ duci, ostendit Musonius S. CXVI, p. 595, l. 1. sequ. (*οὐ πρὸς ἡδονὴν γέγονε* [bruta], *ἄγει γὰρ ἡ ἑκάστου φύσις ἕκαστον πρὸς τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνου*): nec tamen ea virtus talis est, ut hujus praeclari nominis vim capiat, qualis in homine cernitur; sed *sunt*, ut ait Cicero de Fin.. V, 14, *bestiae quaedam, in quibus inest aliquid simile virtutis — in homine autem summa omnis animi est, et in animo rationis, ex qua virtus est.*

(1) S. LXV, p. 412, l. 50. Ab istâ tamen feritate merito excipiuntur apes ab ipso Musonio l. c.

(2) S. XVII, p. 160, l. 30.

(3) S. XXIX, p. 202, l. 50. *μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ πηρούμενοι ἀνέχονται καὶ μέχρι θανάτου καρτεροῦσιν ὥστε μὴ ἡττᾶσθαι θατέρου ὁ ἕτερος.* Quod Stoicum esse docet Sextus Emp. adv. Eth. XI, 99. *ὁρῶμεν γὰρ, φασὶν* (sc. *οἱ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν δοξάζοντες*),

ὡς

§. IV.

De Parte Morali.

Venimus ad Moralem Philosophiae partem, quae diligentissime a Musonio tractata est, ac talibus praeceptis ornata, ut, quod de Stoicis universe Seneca (1), hoc de illo verissime dicere possis: *Continuum est apud* Musonium, *quidquid apud alios excerpitur.* In hujus tamen partis explicatione delectus quidam erit habendus, ne obscurâ potius diligentiâ in communes locos digerere Musonii sententias, quam viâ et ratione eas illustrare videar. Prae ceteris igitur talia delibare visum est, quae et reliquorum fundamenta contineant, et Stoicorum placitis maxime consentanea sint. Et ab illius quidem Scholae nimiâ subtilitate et argutiarum spinis abstinuit Musonius. In ejus certe reliquiis nihil fere occurrit, quod ad abstrusiores Philosophiae Practicae locos, in quibus enucle-

ὡς τινὰ γενναῖα ζῶα καθάπερ ταῦροι καὶ ἀλεκτρυόνες, ἅπερ μηδεμιᾶς αὐτοῖς ὑποκειμένης τέρψεως καὶ ἡδονῆς διαγωνίζεται μέχρι θανάτου.

(1) Ep. XXXIII.

cleandis plurimum operae posuerant Stoicorum principes, magnopere pertineat. Omnia Stoicâ quidem gravitate, sed populari tamen ratione, ab ipso tractantur.

Hanc igitur tractationem sic distribuere visum est, ut primum de Virtutis fontibus, indole ac divisione, et de rebus bonis malisque exponerem: tum de ipsis Officiis dicerem, Stoicique Sapientis, quatenus e Musonio eum cognoscere licet, imaginem exhiberem, denique praecepta quaedam Ethica de disciplina et exercitatione Virtutis adjicerem (1).

I. Itaque ut Virtutis et Officiorum fontes explicentur, humana natura, quae sola virtutis est capax (2), ab hac in primis parte spectanda est. Homo igitur ab ipsa naturâ, ut supra

(§. 2.

(1) Subtiliores, quas sequebantur Stoici, Philosophiae Moralis divisiones exhibent Diog. Laert. VII, 84. et Sececa Ep. LXXXIX. Mihi, quum non id agatur ut Stoicae doctrinae Systema conscribam, ejusmodi distributio aptissima visa est, quae materiae quam tractabam, i. e. rebus a Musonio tractatis, optime conveniret.

(2) Cff. quae ad §. praec. ult. de Virtutis similitudine, quam habent bestiae, dicta sunt.

(§. 2, III.) jam significavi, ad virtutem et honestam vitam satus atque creatus est (1). Quod ni-

(1) In Diss. ap. Stob. in Obss. Miscell. cujus initio, quum legatur *πάντες φύσει πεφύκαμεν οὕτως ὥςε ζῆν ἀναμαρτήτως καλῶς, οὐχ ὁ μὲν ἡμῶν ὁ δὲ οὔ. Καὶ* ΤΟΥΤΟ *μέγα τεκμήριον ἐςὶν ὅτι κ. τ. λ.* procul dubio legendum est, *Καὶ* ΤΟΥΤΟΥ. Sic enim in seqq. *Κἀκεῖνο μέγα τεκμήριον* ΤΟΥ *μετεῖναι ἀρετῆς φύσει ἡμῖν κ. τ. λ.* Ceterum *σπέρματα* illa vel *ὑποβολαὶ ἀρετῆς* non ejusmodi sunt, quales Platonicorum Ideae innatae, sed *κοιναὶ* sunt *ἔννοιαι*, seu *προλήψεις*, de quibus cf. Lipsius in Manud. II. x et xi. *Ὀρέξεις* etiam atque *Οἰκειώσεις πρὸς ἀρετὴν* memorat Musonius ap. Jo. Damasc. (Cf. hujus Diss. p. 32. Obs [3]:) quod utrumque vocabulum germane est Stoicum. *Ὄρεξιν* enim vocabant in singulis rebus, quae universe *ὁρμὴ* dicebatur, sive *πρὸς κρείττω* sive *πρὸς χείρω* feratur. (Cf. Heynius ad Epict. Ench. p. 1.) *Οἰκείωσις* vero, *Conciliatio, Conjunctio*, de iis quae maxime secundum naturam sunt, frequenter usurpatur. (Cf. Upton. ad Epict. p. 64. et in Ind.). Illud etiam notandum est, *ad unum omnes*, e Musonii sententiâ, homines ad virtutem factos esse, quod urgebant Stoici. Sic enim Seneca de Benef. III, 18: *Nulli praeclusa est virtus, omnibus patet, omnes admittit:* et Ep. XCV. *Omnibus natura dedit fundamenta semenque virtutis, omnes ad omnia ista nati sumus.* Vid. etiam Galenus T. I. p. 351. fin. *Ed. Bas.* Huic sen-

nisi ita sit, quo tandem jure Legislatores ab omnibus ex aequo hominibus id exigant, Legibus obtemperent, etiamsi nullâ virtutis disciplinâ, nullo doctore usi sint? in reliquis enim artibus v. c. Medicâ, Musicâ, navigatione, a nemine qui non didicerit artis praecepta, hoc exigitur, ut ex ejus praeceptis agat. Praeterea nemo umquam homo, si ipsum interroges, bonusne sit an malus, respondere dubitabit se esse bonum, etiamsi nec Virtutis doctorem nec disci-

sententiae non adversatur alius Musonii locus ap. Joann. Damasc., quo alios φύσεως χείρονος, alios εὐφυεστέρους esse, et propterea illos tarde et vix tandem rectis opinionibus assentire, hos vero celeriter ac libenter eas, ut sibi cognatas, (ὡς οἰκεῖα) arripere dicit. Hoc enim vel sic intelligi potest, ut quamquam omnium ingenium opportunitates habet ad virtutem, aliud alio tamen majores habeat: vel, quod verius videtur, de solâ intelligendi facultate accipiendum est. Sed hae sive προλήψεις sive ὑποβολαὶ disciplinâ opus habent, quâ excitetur et perficiatur insita virtus, quam propterea, Antisthenis exemplo (ap. Diog. Laert. VI, 11.) διδακτήν statuebant Stoici. *Natura enim*, ut ait Seneca Ep. CXX. *semina nobis scientiae dedit, scientiam non dedit.* Quod quale sit, uberius explicat Epictetus II, xi. p. 224.

ciplinae genus, quo sit usus, nominare possit: ceterarum vero artium nemo, nisi qui didicerit eas, peritum se putat. Ex his igitur rationibus manifestum est, in hominum animis ab ipsâ naturâ Virtuti quasi substrata esse fundamenta: ad ceteras vero disciplinas artesque Animum nudum prorsus et nullis insitis notionibus instructum accedere (1).

Neque putandum est, Virtutis excellentiam in humanam naturam cadere non posse. Unde enim arripuimus absolutae Virtutis notionem, nisi ab ea ipsâ naturâ, cum tales videamus et admiremur homines, quales antiquitus Divos ac Di-

(1) Musonius l. c. Διὰ τί πρὸς Θεῶν γράμματα μὲν ἢ μουσικὴν ἢ παλαιστρικὴν οὐδεὶς μὴ μαθὼν εἰδέναι φησὶ —— ἀρετὴν δὲ ἔχειν πᾶς ὑπισχνεῖται; ὅτι ἐκείνων μὲν οὐδὲν φύσει ἀνθρώπῳ μέτεστι. Quibus congrua omnino sunt haec Epicteti l. c. p. 223. Ὀρθογωνίου μὲν γὰρ τριγώνου ἢ διέσεως, ἢ ἡμιτονίου οὐδεμίαν φύσει ἔννοιαν ἥκομεν ἔχοντες — καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὴ εἰδότες αὐτὰ οὐδ' οἴονται εἰδέναι. Ἀγαθοῦ δὲ καὶ κακοῦ — τίς οὐκ ἔχων ἔμφυτον ἔννοιαν ἐλήλυθεν; Διὰ τοῦτο πάντες χρώμεθα τοῖς ὀνόμασι. — Τίς ἡμῶν ἀναβάλλεται τὴν χρῆσιν αὐτῶν μέχρι μάθῃ, καθάπερ τῶν περὶ τὰς γραμμὰς ἢ τοὺς φθόγγους οἱ οὐκ εἰδότες.

Divinos (Θείους καὶ Θεοειδεῖς) appellavit aliorum veneratio (1)?

Causa, quâ fit ut homines, qui a naturâ ad virtutem facti sunt eamque acquirere possunt, in peccata tamen incidunt, haec igitur causa in ignorantiâ et errore posita est, quibus simul ac liberatus est homo, a peccatis etiam abstinebit (2).

Ali-

(1) S. CXVI, p. 595, l. 40. Hanc notionis, quam de Virtute habemus, originem accuratius explicuit Seneca Ep. CXX. *Nunc ergo ad id revertor — quomodo ad nos prima boni honestique notitia pervenerit — Nobis videtur observatio collegisse et rerum saepe factarum inter se collatio, per analogiam nostro intellectu et honestum et bonum judicante: — aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia nos obstupefecerant; haec coepimus tamquam perfecta mirari. — Ex his ergo speciem ingentis boni traximus.*

(2) S. XIX, p. 170. l. 20. Τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτανομένων ὑπ᾽ ἀγνοίας τε καὶ ἀμαθίας τοῖς ἀνθρώποις ἁμαρτάνεται, ὧν ὁ μεταδιδαχθεὶς εὐθὺς παύεται. Epict. Diss. I. xxvi, p. 133. l. 11. Ἐπεὶ τὶ δοκεῖς ὅτι θέλων περιπίπτω κακῷ καὶ ἀποτυγχάνω τοῦ ἀγαθοῦ; Μὴ γένοιτο. Τὶ οὖν ἐστι τὸ αἴτιον τοῦ ἁμαρτάνειν με; Ἡ ἄγνοια. Seneca de Ira c. 14. *Peccantes quid habet cur oderit* (bonus vir), *cum error illos in hujusmodi delicta compellat? non est autem prudentis errantes odis-*

Alius, isque praecipuus, officiorum fons in eo positus est, quod omnium Creator, Deus, hanc homini legem praescripsit, ut esset justus, probus, beneficus, temperans, magnanimus, invictus labore ac voluptate, ab omni invidiâ doloque purus, i. e, ut uno verbo omnia dicantur, ut esset bonus. Deo igitur talia jubenti non obtemperare summum profecto est nefas (1).

Denique hoc loco dicendum est de conjunctionis et societatis amore, qui in *primis Naturae* (τοῖς πρώτοις τῆς φύσεως) a Stoicis ponitur, et in quo officiorum erga alios fons et origo posita est. Communem igitnr esse omnium hominum societatem civitatemque, dictum est in Physicis: quam qui tollunt, omne profecto inter homines et ferissima bruta discrimen tollant necesse est. Hinc omnis feritas injustitia, aliorum negligentia, in vitiis merito ponuntur: con-

odisse. Est enim in Stoicorum placitis ap. Diog. Laert. VII, 93. Εἶναι δὲ ἀνοίας [leg. ἀγνοίας, cum H. St] τὰς κακίας ὧν αἱ ἀρεταὶ ἐπιςῆμαι. Cff. in primis Epictetus Diss. I, xxviii: et Plato de Legg. V, V, p. 606, B.

(1) S. LXXVII, p. 460, l. 1, seqq.

contra humanitas, probitas, justitia, sunt et habentur virtutes (1).

Praeterea inter singulos homines varii intercedunt aliis alii propiores conjunctionis et benivolentiae gradus. Omnium arctissima est conjugum conjunctio, quae ab ipsius Dei consilio profecta est. Hic enim duo creavit hominum genera, marum foeminarumqne, et utrique vehementissimum alterius appetitum generandique cupidinem indidit. Jam vero quum nulla sit justa liberorum procreatio nisi quae fit legitimis nuptiis, earum auctor habendus est ipse Deus (2). Nuptiarum igitur conjunctio quum a

(1) S. LXV; p. 412, l. 50. sequ. et 414, l. 1. sequ. Diog. Laert. VII, 123. *οὐδ' ἐν ἐρημίᾳ βιώσεται ὁ σπουδαῖος. κοινωνικὸς γὰρ φύσει.* Antonin II, 4. *Κήδεσθαι πάντων ἀνθρώπων κατὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἐστι.* Ceterum huuc hominum inter se societatem passim inculcant Stoici, tollunt vero penitus Epicurei et e recentioribus Hobbesius, Cf. Upton. ad Epict. p. 156.

(2) S. LXV, p, 412, l. 30 seq. et 413. Fuit quidem in Stoicorum paradoxis, *Communes esse Mulieres* (Cf. Diog. Laert. VII, 131.): sed hoc placitum vel rejecisse vel mitigâsse videntur egregii inter illos viri, v. c. Panaetius. Cf. Epictetus Diss. II, 11. et in Fragm. p. 760. et Upt. in Observ. p. 111.

a duobus hisce primis Naturae principiis, generationis et societatis amore, proficiscatur, facile intelligitur eam reliquos omnes cognationis gradus, necessitudine, jucunditate, et utilitate longe superare (1).

Secundus est conjunctionis et benivolentiae gradus inter Parentes et Liberos (2): proximus huic Fratrum. Haec conjunctio tantam habet vim, ut inter nullos homines et in secundis et in adversis rebus arctior firmiorque amicitia, quam quae est inter bonos concordesque fratres, existere possit (3). Ceterum de officiis, quae cum ex his, tum e reliquis, civium, amicorumque cognationis gradibus a Musonio ducuntur, suo loco exponetur.

II. Summum Bonum positum est in vitâ secnndum naturam (4): haec vero continetur *Vir-*

(1) S. LXVI, p. 424, l. 50. seq. Diog. Laert. VII, 121. γαμήσειν τὸν σοφὸν (φασί.).

(2) S. LXXIII, p. 450, l. 30. sequ.

(3) S. LXXXII, p. 478, l. 50. sequ. Diog. Laert. VII, 120. δοκεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ γονέας σεβήσεσθαι καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς (sc. τὸν σοφόν.)

(4) S. CXVI, p. 595, l. 1. τῷ ζῆν ὁδῷ κατὰ φύσιν. Omnes quidem Stoici Summum Bonum ponere sole-

Virtute, quae propterea dux et effectrix est omnium bonorum (1). Virtus igitur sola ad beatam vitam ducit (2), sola sui participem felicem, ornatum, magnanimum, tranquillum, laudibus et aemulatione dignum reddit, eumque
sin-

bant in *vitâ secundum naturam*, i. e. ut ipse, Zenonem secutns, explicat Musonius, *in vitâ honestâ*; ὅταν ἐν ἀρετῇ βιοῖ ὁ ἄνθρωπος. (Cf. Cicero de Fin. II. 11.). Sed non omnes eamdem sententiam adjungebant verbis κατὰ φύσιν: aliis, ut Cleanthes, Universi naturam, aliis, cum Chrysippo, et hanc et nostram simul, aliis denique aliter intelligentibus. Cf. omnino Dig. Laertius VII. 87-90. ibique Intt. et Lipsius in Manud. II, xiv—xviii. Vox autem ὁδῷ, *viâ*, *ratione*, quae Stoicis perquam est familiaris, ut observat Upt. ad Epict. p. 50. haec igitur in hac definitione alibi fere non additur; quamquam, si varia a Laertio prodita ejus additamenta et explicationes conferas, minime aliena vel temere posita esse videtur.

(1) S. XXIX, p. 202, l. 20. Hinc omnia quae bona sunt (τὰ ἀγαθὰ) a Musonio passim σύμφορα e ὠφέλιμα, contraria vero ἀσύμφορα et βλαβερὰ dicuntur. Omne enim bonum suâ naturâ est καλὸν, ὠφέλιμον, συμφέρον, λυσιτελὲς, κ. τ. λ. ut est. ap. Diog. Laert. VII, 98. seqq.

(2) Ibd. l. 50.

sincerâ et perpetuâ voluptate perfundit (1). Vitium contra totam ejus, cui inhaeret, vitam aegritudine inficit, eumque turpem, inglorium, miserumque reddit (2).

Virtus notissimâ divisione distribuitur in quatuor species, Prudentiam, Justitiam, Temperantiam, Fortitudinem (3). Harum singulae formae, in quibus accurate definiendis et constituendis diligentissime versati sunt Stoici, subinde quidem a Musonio memorantur, sed nusquam tamen earum plena et Stoicae rationi consentiens exstat enumeratio.

III. Virtutis igitur quum tanta sit vis, ut unica per eam tranquillae beataeque vitae semita pateat, manifestum est, nihil esse bonum, ni-

(1) S. XXXVIII, p. 237, l. 1. et CXVI, p. 595, l. 20. seq.

(4) S. XXIX, p. 202, l. 20. et S. XXXVIII, p. 237, l. 1. et 20.

(3) S. XXIX, p. 204., l. 10. seq. S. XLVI, et S. CXVI, p. 595, l. 20. et in ineditis variis locis. Alibi tamen haec virtutum nomina populari magis ratione usurpare videtur, quum alias iis addat species: ut S. XXXVIII, p. 237, l. 1. et S. XLVI, p. 338, l. 30. Sic et Diog. Laert. VII, 102. qui, ea commemorans, καὶ τὰ λοιπὰ addit.

nisi quod Virtutis sit particeps, nihil malum; quod a vitio sit remotum (1). Hoc ut melius intelligatur, age, singulas illas res consideremus, quae vulgo bonae vel malae putantur, ut sic appareat, eas omnes consuetudinis et ignorantiae errore tales videri, minime autem reverâ esse (2).

Et primo quidem omnes fere homines pervulgato errore vitam tamquam bonorum ultimum sectantur, mortem tamquam extremam calamitatem horrescunt (3). Hic igitur mortis metus, qui senes in primis turbat et excruciat, eorumque

(1) S. XXIX. p. 205, l. 20. seq. Οὔτε πόνος, οὔτε θάνατος, οὔτε πενία κακὸν οὐδαμῶς ἐςιν, οὐδ' ἄλλό τι τῶν κακίας ἀπηλλαγμένων' οὐδ' αὖ πάλιν ἀγαθὸν πλοῦτος, ζωὴ, ἡδονὴ, οὐδ' ἄλλό τι ἕτερον τῶν μὴ μετεχόντων ἀρετῆς.

(2) Hinc passim τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ καὶ κακὰ vel δεινὰ vocantur et opponuntur τοῖς ἀληθῶς ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς: p. 204, l. 20; 205, l. 30; 236, l. 30; 236, l. 1; 337, l. 10; 338, l. 30; et 596, l. 1. Cf. Diogenes Laertius VII, 102, sequ. Ceterum hunc egregium Stoicae Philosophiae locum passim tractant et exornant Cicero (in Tusculanis praesertim), Seneca, Epictetus, alii.

(3) S. XXIX, p. 205, l. 30.

que vitam perpetuâ aegritudine acerbam reddit, turpissimae profecto ignorantiae est indicium. Quomodo enim malum sit ea res, quae mortales ex aequo omnes certissime manet, et a cujus necessitate ne optima quidem vita est exemta? si quidem vita boni viri optima putanda sit, eamque necessario tamen mors sequatur (1).

Tantum quoque abest, ut corporis morbus in malis jure numeretur, ut bonus vir aegrotare malit, quam deliciis indulgere: morbus enim soli corpori nocet, mollities vero et luxus Animum simul cum corpore perdunt (2).

Senectus etiam, quam plurimi aegerrime ferunt, nihil habet, quare misera dicatur. Quisquis enim Virtutis et Sapientiae copias in juventute collegerit, vel senex quoque iis operam dederit, is profecto optimum senectutis viaticum sibi paravit. Talis igitur senex nec juventutis voluptatibus aegre carebit, nec infirmitatem corporis accusabit nec ab aliis contemni vel ab amicis et domesticis negligi se queretur; et, quod omnium est maximum, mortis metu

(1) S. CXVI, p. 596, l. 20.

(2) S. LXXXIII, p. 489, l. 1.

tu numquam excruciabitur, sed eam venientem placido ac laeto excipiet animo (1).

Voluptatem, quâ, tamquam bono, exsultare solent homines ipsam adepti, bonum non esse, si primâ forte specie minus probabile videatur, sic ostenditur. Certum est, omne bonum semper appetendum (*αἱρετέον*) esse: nec minus est certum, nonnullas voluptates non appetendas esse: voluptas igitur universe non est bonum (2).

Si-

(1) S. CXVI, p. 595, ssqu.

(2) In Diss. ined. ap. Jo. Dam. *Λαβόντος τινὸς λῆμμα γνώριμον τούτῳ* (leg. *τοῦτο*), *τὸ πᾶν ἀγαθὸν, αἱρετέον εἶναι, καὶ προςλαβόντος ἕτερον γνώριμον τούτῳ, τὸ τινὰς ἡδονὰς οὐχ' αἱρετέον εἶναι, ἀποδεικνύομεν τὸ μὴ ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἡδονὴν, διὰ τῶν γνωρίμων τὸ μὴ γνώριμον.* Similem de eadem re argumentationem ex Chrysippo et Hecatone refert Diog. Laert. VII, 103. *ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν φασιν· — εἶναι γὰρ καὶ αἰσχρὰς ἡδονάς· μηδὲν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἀγαθόν.* Ceterum in his Musonii verbis duo notanda sunt: alterum, quod utramque praemissam *λῆμμα* dicit, quum Diog. Laertius VII, 76. *propositionem* solam *λῆμμα*, *assumtionem* vero *πρόςληψιν* vocet. Cum Musonio consentit Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. II, 143. adv. Logg. II., 302. praemissas universe *λήμματα* dicens.

Al-

Simili ratione demonstratur laborem non esse malum. Si enim constet, omne malum esse fugiendum, nonnullos vero labores non esse fugiendos, efficitur universe laborem non esse malum (1). Praeterea, quum bona omnia labore sint venalia (2), is, qui laborem, tamquam malum, perpetuo fugit, re ipsâ ostendit, se nullo bono dignum esse (3).

Divitias non esse firmum tranquillae vitae placidaeque senectutis subsidium, inde apparet, quod voluptates quidem gulae, veneris, et similes alias adferre possessori queant; Animi vero tranquillitatem ei dare, vel aegritudine eum liberare nullo modo possint. Hoc satis testantur divitum exempla multorum, qui quantumvis opibus pollentes, aegritudine tamen saepi-

Alterum est, verba διὰ τῶν γνωρίμων τὸ μὴ γνώριμον consentire cum demonstrationis definitione, quam aliis verbis dedit Sextus Emp. P. H. II, 135.

(1) Ibid.

(2) S. XXIX. p. 203, l. 10. τὰ ἀγαθὰ πάντα πονῷ κτώμεθα. Cf. omnino Ruhnkenius V. S. ad Mem. Socr. II, 1, 20.

(3) Ibid.

pius conficiuntur, et miseros se esse ipsi arbitrantur atque agnoscunt (1).

Aliorum quoque injuriae aequo ferendae sunt animo. Plerumque enim ex errore potius quam malitiâ proficiscuntur (2): et magnopere turpe est viro sapienti, qui vel mortis prae se fert contemtum, levia ejusmodi, calumnias v. c. irrisiones, verbera, malum sibi ducere. Hinc Socrates, Phocion, aliique summi viri, gravissimis injuriis affecti, ultro tamen iis, qui ipsos offenderant, ignoverunt. Praeterea, quum nihil malum sit nisi culpa, quumque nemo vir bonus ab improbo laedi possit, non is profecto, qui injuriam patitur, malo afficitur, sed is, qui facit. Hic enim sibi maxime nocet et gravissimum animo suo injustitiae damnum infert (3).

Ultimo loco de Exilio videamus, quod malum non esse, egregiâ Dissertatione ostendit Musonius (4), cujus haec est summa. Exilium ne-

(1) S. CXVI, p. 596, l. 40.

(2) S. XIX, p. 170, l. 20. De totâ re pulcerrima est Epicteti Dissertatio, I, xxviii.

(3) Ibid. p. 169, l. 50.

(4) S. XXXVIII. p. 234, seqq.

nemo bonus vir aegre ferat : quomodo enim grave est illi, cujus patria totus est Mundus, si parte quâdam terrae abesse jubeatur. Non enim minus profecto absurdum est, regionem quamdam, ubi natus et educatus sis, ita amare, ut in eâ felicitatis partem ponas, quam si domum sic ames, in quâ natus sis. Amicis etiam nonnullis carere, non ita durum est ac videtur: ubique enim eorum aderit copia: et ne in patriâ quidem ullius amici consortio semper frui licebat. Porro, veri certique amici numquam nos deserant aut prodant: a falsis abstrahi bonum potius est quam malum. Nec disciplinae vel exercitationi Virtutis impedimento est Exilium: exul enim neque patriae operam suam debet, neque per amicos, qui videntur: aut cognatos a Virtutis studio abstrahitur. Multis etiam profuit exilium, qui, cum in patriâ degissent inglorii, molles, doloribusque et morbis laborâssent, postea celebritatem, fortitudinem et sanitatem nacti sunt exules. Nec metuendum est, ne rebus necessariis indigeat exul: paucis enim, pane et aquâ, contenta est natura; quae ubique praesto sunt: imo multi, labore et industria, divitias insignes in exilio collége-

gerunt: quod Ulyssis, Themistoclis, et Dionis exempla ostendunt. Pigri vero et consilii inopes ubique terrarum et in ipsâ patriâ pauperes ac miseri vivere coguntur. Nec universâ infamiâ notantur exules: constat enim apud omnes, multos injuste relegatos esse claros atque integerrimos viros, ut ab Atheniensibus Aristidem, ab Ephesiis Hermodorum. Libertas etiam loquendi non exilio, sed mortis aut mulctae metu, impeditur: quas qui non timere didicit, is profecto non minus exul, quam in patriâ, ubicunque decet atque opus est, liberrime, quid sentiat, dicere audebit. Hac animi inductione Diogenes, cum servus esset et exul, omnium tamen hominum fuit liberrimus. Sed, quidquid tandem mali adferre videatur exilium, certe Virtutem, quâ solâ vere bona censentur, auferre nullo modo potest (1). Hanc igitur qui pos-

(1) P. 236, l. 50. *καὶ γὰρ εἰ τὴν πατρίδα τις ἡμᾶς ἀφήρηται, τό γε δύνασθαι φέρειν φυγὴν οὐκ ἀφήρηται· — ἡ φυγὴ — τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν οὐ ϛερίσκει· οὔτε γὰρ ἀνδρείαν, ἢ δικαιοσύνην ὁ φεύγων ἔχειν κωλύεται διὸ φεύγει οὔτε σωφροσύνην, ἢ φρόνησιν, οὐδ' ἀρετὴν ἄλλην ἡντινοῦν.* Epict. Diss. I, 1, p. 9. (sc. *με δεῖ*); *μή τι οὖν κωλύει γελῶντα καὶ εὐθυμοῦντα καὶ εὐροῦντα;* id.

possidet, ei nihil mali adferet relegatio: ei vero, qui pravis opinionibus et vitiis corruptus est, pravitas nocet, non Exilium. Ex his etiam duobus alterutrum verum sit necesse est, aut juste relegatum esse exulem, aut injuste. Si juste, nihil est quod exsulare se queratur; si injuste, hoc ad alios pertinet malum, qui injuriam intulerunt, non ad ipsum, qui passus est.

IV. Sequitur locus *de Officiis*, qui quidem, in universâ Stoicae doctrinae explicatione, difficillimus est expeditu: quatenus vero ad nostrum pertinet institutum, facilem habet tractationem. Nihil enim apud Musonium observavi, quod v. c. ad subtiliorem illam Officiorum divisionem, quâ in perfecta et media (1) distribuebantur, vel ad similes alias quaestiones, a populari ratione remotas, pertineat. Quod quum ita sit, nos etiam hac in parte defungemur ejusmodi explicatione, quâ diversis locis dispersa Musonii praecepta colligantur et secun-

id. I, 11, p. 16. Σὸν (ἐστι) φυγαδεῦσαι ἐμὸν, ἐμὸν, ἐξελθεῖν μὴ λυπούμενον.

(1) Cf. Cicero Off. I, 3.

cundum singulas universae Virtutis species, disponantur.

Ut igitur primo loco de Prudentiâ dicatur, prudentis est viri, quaecunque res ei offeratur, eam accurate considerare, ne falsis visis temere adsentiat. Vera igitur a falsis discernere, falsa refellere, vera confirmare, eum oportet (1). Sic enim fiet, ut in promtu habeat demonstrationes de rebus vere bonis ac malis, ut has ab iis, quae videntur bonae vel malae, nec sunt, dignoscere queat; ut sciat, quâ ratione vere bona consequatur, vere mala avertat, ea autem, quae videntur tantum bona, non sectetur, quae videntur mala, non refugiat (2).

Temperantia hoc docet atque efficit, ut ne vincamur a voluptate et habendi amore; ut ad omne id, quod turpe est, pudore suffundamur, frugalitate delectemur, luxum aversemur, lites fugiamus, irâ, moerore, atque omni omnino affectu superiores simus, linguam cohibeamus,

(1) S. XLVI, p. 337, 30.

(2) S. XXIX, p. 204, l. 20: 205, l. 1. sequ. Haec egregie conveniunt Prudentiae definitioni, quâ utebantur Stoici, eam esse ἐπιστήμην τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ut est ap. Diog. Laert. VII, 92, ubi cff. Intt.

mus, modestiam denique et decorum in omni motu arque habitu servemus (1).

Sed praeter haec universe dicta, de nonnullis etiam, quae ad Temperantiam pertinent et in communi vitâ magni momenti sunt, Officiis, peculiariter praecepit Musonius: quas ejus disputationes summatim hoc loco exhibeamus.

De *Victu* (2) igitur frequenter ac diligenter disputare solebat, ut de re maximi momenti, quaeque principium quasi et fundamentum omnis Temperantiae contineret. Viliores igitur cibi pretiosis, obvii rarioribus, praeponendi sunt. Tales etiam cibi, qui vel e terrâ procrescunt, vel ab animalibus vivis percipiuntur, homini quasi cognati sunt et propterea aliis praeponendi. Ex his ipsis cibis iterum aptiores sunt il-

(1) S. XXIX, p. 204, l. 10: XLVI, p. 337, l. 1: et in Diss. ined. ap. Jo. Damasc. *Εἶτα δὲ ἐμποιητέον διδῶ* (leg. *αἰδῶ*), *πὸς ἅπαν αἰσχρὸν, ὧν ἐγγενομένων ἀνάγκη σώφρονας εἶναι καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα.* Et alio loco; *δεῖ καὶ σώφρονα εἶναι τὴν γυναῖκα, κρείττονα δὲ πάθους παντός.* Omnes enim affectus radicitus evellendos contendebant Stoici, e quorum sententiâ disputat Cicero Tusc. Disp. L. IV.

(2) S. S. XVII, p. 159. seqq.

illi, quibus sine ignis praeparatione uti licet: ceteri tamen haud rejiciendi. Animalium vero carne vesci (1) feras potius, quam homines decet. Nimis etiam grave est illud nutrimenti genus, Animoque tenebras obducit et vim cogitationis hebetiorem reddit. Sed ab eâ, quae commendatur, victûs frugalitate eo usque defecerunt hominum mores, ut quâ Musicae et Medicinae artes, eâdem ratione celebretur et libris explicetur ars Culinaria; et ut varia gulae titillandae studiose excogitata sint artificia: quae profecto omnia turpissima sunt et sanitati nocent. Hoc exemplo suo ostendunt ipsi illi delicatuli homines, corporibns infirmi, stomachis cor-

(3) P. 160. l. 10. Ceterum quamquam frugalitatem magnopere commendarent Stoici, non tamen esu Animalium abstinere jubebant, quibus ne humanâ quidem carne vesci contra naturam esse videbatur. Cf. Diog. Laert. VII, 121. et Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. III, 24, seqq. Haec igitur a Pythagoreis fluxisse videntur, quorum de abstinentiâ ab esu Animalinm sententia Romae renovata erat et novis rationibus firmata per Sextium. Seneca etiam hac in parte Pythagoreis favebat, cujus sectae amorem ipsi injecerat magister Sotion: ut ipse testatur Ep. CVIII. quae omnino conferenda est.

corrupti, et optima fastidientes (1). Recte igitur et sapienter Zeno ne aegrotans quidem voluptatibus gulae quidquam indulgere voluit, ne, si semel indulsisset, postea iis resister non posset. Hac in re eo magis est cavendum, quo saepius et blandius ad se nos invitent istae voluptates, quoque plura sint, quoties cibum sumimus, peccandi pericula. Nam (2) et saepe edere necesse est, et, quoties edimus, multis mo-

(1) P. 160, l. 50. sequ. S. XVIII, p. 167. l. 30. sequ. N, A. VII, 16: *Hanc peragrantis gulae et in succos insuetos inquirentis industriam, atque has undiquevorsum indagines cupediarum majori detestatione dignas censebimus, si versus Euripidis recordemur, quibus utebatur saepissime Chrysippus Philosophus, tamquam edendi irritationes quasdam repertas esse non per usum vitae necessarium; sed per luxum animi, parata atque facilia fastidientis per improbam satietatis lasciviam.* Ex illis versibus tres priores laudat ipse Musonius S. XXXVIII, p. 235, l. 30. Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον, Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου: Ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν. Locus sumtus est ex Aeolo, deperditâ fabulâ. Conf. Fabric. ad Sext. Emp. Adv. Math. I, 271.

(2) S. XVIII, p. 166. seqq.

modis peccare possumus, vel nimium, vel festinanter, vel sordide, vel delicatule edendo, vel non aeque convivis partiendo, vel denique inopportuno tempore edendo, cum alia seriora agenda sint negotia. Hominibus enim non voluptatis, sed conservationis causâ et cibos ipsos et edendi instrumenta largitus est Deus; ut egregie dixerit Socrates (1), sapientem edere ut vivat, non vivere ut edat. Solus igitur in cibis utendis hic finis est spectandus, qui refertur ad corporis firmitatem ac sanitatem: in ipso autem eorum usu modestia semper et decor servandus est.

Vestibus et calceis utendum est non ostentationis causâ sed utilitatis. Omnis igitur vestitus, qui mollitiei corporum inservit, ea deteriora reddit: qui duriora et firmiora facit, ille solus probandus est. Hinc unâ, quam duabus tunicis, indui, quin et solâ togâ contentum esse, praestat: et nudis potius pedibus, quam calceatis, incedendum est (2).

Ad externum corporis cultum quum tonsura eti-

(1) Vid. Diog. Laert. II, 34. et h. l. Intt.

(2) S. I, p. 17.

etiam pertineat, de hac quoque praecipere non indignum Philosopho judicavit Musonius. Hic igitur modus in eâ tenendus, ut barbae et capilli eam solam partem tollamus, quae nimia est, at in omnibus naturam ducem sequamur. Qui vero mollitiei falsaeve elegantiae causâ tondentur, ut ita pulchriores videantur, illi ne virorum quidem nomine digni sunt. Natura enim ut leonibus jubam et aquilis cristam, sic viris barbam dedit signum atque ornamentum, quo a mulieribus distinguantur (1).

Domus humanis usibus ita maxime erit accommodata, si nimiam caloris et frigoris vehementiam, Solis etiam et ventorum vim a nobis arceat: quod et speluncae naturâ praestant, a qui-

(1) S. VI, p. 83. sequ. τὸν δὲ πώγωνα καὶ σύμβολον γεγονέναι τοῦ ἄῤῥενος, ὥσπερ ἀλεκτρυόνι λόφον, καὶ λεόντι χαίτην. Epict. I, xvi, p. 89. πῶς δὲ οὐ καλὸν τὸ σύμβολον καὶ εὐπρεπὲς καὶ σεμνόν; πόσῳ κάλλιον τοῦ τῶν ἀλεκτρυόνων λόφου, πόσῳ μεγαλοπρεπέςερον τῆς χαίτης τῶν λεόντων. Cynicus ap. Lucian. Vol. III. p. 547. αὐτοὶ δ᾽ ὥσπερ ἦσαν καὶ φαίνεσθαι ἄνδρες ἤθελον; καὶ τὸν πώγωνα κοσμὸν ἀνδρὸς ἐνόμιζον, ὥσπερ καὶ ἵππων χαίτην καὶ λεόντων γένεια, οἷς ὁ Θεὸς ἀγλαΐας καὶ κοσμοῦ χάριν προσέθηκε τινα, οὕτωσι δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὸν πώγωνα προσέθηκεν. Cf. et Epictetus III, 1.

quibus hactenus differre domum oportet, ut in eâ cibus humanus recondi et per aliquod tempus servari possit. Quicquid praeterea ostentationis tantum causâ adjici solet, id omne supervacuum est atque inutile (1).

In dijudicandâ reliquae supellectilis bonitate, tria in primis spectanda sunt, comparatio, usus, et conservatio. Quaecunque igitur facile, ac parvis sumtibus comparantur, plurimis usibus inserviunt, minimoque labore servantur ac purgantur, ea sunt optima. Vasa igitur, ex obviâ et vili materiâ confecta, praeferenda sunt rarioribus et pretiosis; quae quidem non nisi errore et veri ignorantiâ ab hominibus expetuntur. Hinc Legislatores, atque in primis Lycurgus, omnem luxum tamquam pestem, arcendam putârunt. Nam quicunque luxui et mollitiei deditus est, is erga alios quoque injustus sit necesse est. Omnibus enim luxuriosis magni faciendi sunt sumtus. Ex his habendi cupido, ex habende cupidine necessario, injustitia oritur. Neque mollis et luxuriosus homo labores, qui vel propter Deorum cultum, vel patriae de-

(1) S. I, p. 18. seqq. Conferantur omnino, quae habet Xenophon Mem. Socr. III, VIII, 8. 9.

defensionem, vel amicorum salutem nonnumquam tolerandi sunt, suscipere volet, adeoque omnibus omnino modisinjustus erit ac malus (1).

Denique magna temperantiae pars in venereâ libidine coercendâ ponitur, de quâ sanctissime praecepit Musonius. Solam enim honestam judicavit eam viri ac mulieris conjunctionem, quae legitimis nuptiis, non voluptatis percipiendae, sed prolis procreandae, gratiâ fieret: reliqua omnia, quae a solâ lasciviâ proficiscuntur, flagitiosa esse statuit. Itaque non portentosas tantum et adulterinas libidines malas dixit, sed ne hero quidem, cujus apud antiquos summum in servos atque ancillas jus esse putabatur; huic igitur ipsi ne licere quidem statuit cum ancillâ rem habere. Et inter ipsos conjuges omnia illa, quae solae lasciviae at voluptatis causâ fierent, turpia et mala esse pronunciavit (2) For-

(1) S. LXXXIII, p. 489. seqq.

(2) S. VI. p. 82. seqq. Haec vero quanto sanctiora et Philosopho digniora sunt illis, quae de Stoicis habent Sextus Emp. Pyrrh. Hisp. III, 24: et Plutarchus de Rep. Stoic. p. 1044: modo fides adversariis habenda sit. Ἀῤῥενομιξίαν enim, quam reliqui *ἀδιάφορον* esse statuebant (Sextus l. c.), Musonius, Plato-

Fortis est ille, qui nullâ earum, quas vulgo malas putant homines, commovetur (1), mortem non timet, calamitatibus deprimi se numquam patitur (2), injurias aliorum leni fert animo (3), nec labores umquam fugit. Quisquis igitur fortis ac patientis est animi, is aliorum auxilio ad vitae sudsidium numquam indigebit, sed

tonem de Legg. I, p. 569. G., secutus, τὸ παρὰ φύσιν τόλμημα vocat. Vitam quoque cum puellâ (τὸ ἑταίρᾳ συνοικεῖν), quae Stoicis οὐκ ἄτοπος εἶναι putabatur, et quidquid praeterea solae libidinis explendae gratiâ fieret, id omne turpe atque indignum bono viro esse statuit.

(1) S. XXIX, p. 204, l. 20: XLVI, p. 338, l. 30.

(2) S. XIX, p. 169, l. 40. XLVI, p. 337, l. 10. Ap. Jo. Damasc. Ἐθιστέον μὲν ἀνέχεσθαι πόνου — μὴ ταπεινοῦσθαι πρὸς συμφορὰν μηδεμίαν, δι' ὅσων ἄν τις εἴη ἀνδρεῖος. De honestâ et gloriosâ morte, turpi atque ignavae vitae praeferendâ, duo sunt egregia Musonii dicta ap. Stob. S. VII, p. 88. et S. CXVII, p. 600, l. 40. ubi ejus nomen in editionibus abest. Nec tamen, cum mortis metu, simul etiam omnis de eâ cogitatio abjicienda est. Nihil enim magis ad bene vivendum prodest, quam cogitatio, praesentem quamque diem nobis ultimam fore: S. I, p. 17.

(3) S. XIX, p. 169, l. 50. seq.

sed suâ potius industriâ necessaria sibi acquiret (4): ubique etiam liber erit, et, quid senriat, dicere audebit (2): nec timidus erit, pro patriâ, uxore, liberis, amicis, molestias ac labores tolerare (3).

Justitia in eo consistit, ut aequitatem semper omni modo sectemur, numquam ipsi nimium posse aut habere cupiamus, nemini quidquam mali inferre velimus, sed, quum ipsi homines simus, hominum quoque felicitati, quantum in nostrâ est potestate, prodesse cupiamus (4)

Quum vero justitia sit ea virtus quae suum cuique tribuat, facile intelligitur e variis cognationis gradibus: quibus alii nos adtingunt, varia

(1) S. LIII, p. 370, l. 40. et 371, l. 10.

(2) S. XXXVIII, p. 234, l. 20.

(3) S. XXIX, p. 203, l. 1.

(4) S. XXIX, p. 204, l. 10. et ap. Jo. Damasc. Ἐστὶ τοίνυν πλεονεξίαν μὲν φεύγειν, ἰσότητα δὲ τιμᾷν, καὶ εὐποιεῖν μὲν θέλειν, κακοποιεῖν δὲ μὴ θέλειν ἀνθρώπους, ἐςὶ μὲν δίδαγμα κάλλιςον καὶ δικαίους ἐπιτελεῖ [leg. ἀποτελεῖ] τούς μανθάνοντας. Quibuscum conferenda est Aristotelica. Justitiae definitio (Ethic. V, 5.) quam adtulit Aldobrandinus ad Diog. Laert. VII, 92.

ria oriri officiorum genera, quae singillatim sunt explicanda. Videamus igitur, quid quisque, e Musonii sententiâ, Deo, patriae, cognatis, atque amicis debeat, quantumque ex his unicuique juste tribuendum sit.

Deos igitur, cum publico cultu, sacrificiis et initiationibus (1), tum praesertim virtutibus Divinis imitandis (2), et Jovis praecepto, quod *bonos esse* jubet, sequendo, colendos esse docuit. Hoc enim supremi Dei Creatoris jussum tantam habet vim, ut, si quis vel ab ipso patre quidquam facere jubeatur, quod huic legi repugnat, Deo tunc obtemperare, patris jussum negligere debeat (3).

Patriae verus amor non in eo ponendus est, ut quis regionem, in quâ natus est ac degit, sui causâ sic diligat, ut in eâ felicitatem ponat, nec alibi beatum se vivere posse putet (4): sed is de patriâ bene meretur, qui ejus salutem

(1) S. LXXXIII, p. 489, l. 26.

(2) S. CXVI, p. 595, l. 30.

(3) S. LXXVII. p. 460, l. 1. seq.

(4) S. XXXVIII, p. 234, l. 30. Cf. omnino Gatakerus ad Anton. VI. 44.

tem curat (1), labores pro eâ subire non recusat; fortiter eam defendit (2), sumtibus denique et aliis, quibuscunque possit, modis, juvare studet (3). Hinc legitimam quoque uxorem ducere (4), liberos procreare, et omnes, qui nascuntur, tollere oportet, ut civium familiarumque numero civitas augeatur (5).

Ad salutum civitatis quum plurimum valeant Sapientum Leges atque instituta, sancte illa observare boni est civis. Legislatores enim, quorum hoc est munus, ut perspiciant quid communi civium saluti profit aut obsit: hi igitur Divini iisque cari sunt homines, eorumque voluntati non obtemperare summae est injustitiae atque incontinentiae (6).

Ut subditi erga Leges ac magistratns, ita Reges quoque, aliive, qui summum tenent imperium, multis erga subditos officiis obstricti sunt

(1) S. LXV, p. 414, l. 1. seq.

(2) S. LXXXIII, p. 489, l. 10. seq. XXIX, p. 203, l. 1.

(3) S. I, p. 18, l. 30.

(4) S. LXV, p. 412, l. 40. seq. 414, l. 1. seq.

(5) S. LXXIII, p. 450: et LXXXII, p. 478. seq.

(6) S. LXXIII, p. 450, l. 1. seqq.

sunt. Regis enim hoc est munus, ut Legum observantiam et concordiam in civitate constituat, seditiones ac turbas amoveat, Jovem denique in omnibus exemplum sibi proponat, sitque, ut ille, subditorum pater (1). Decet igitur bonum Regem, quem *vivam* esse *legem* verissime dixerunt veteres (2), hominum saluti ac felicitati consulere, adeoque scire, quid illis bonum atque utile, quid malum et noxium sit. Decet eum civibus omnibus ita suum tribuere, ut nemo plus minusve, quam justum est, aut possit aut habeat, boni praemia adipiscantur, mali poenis afficiantur. Omnem quoque luxum et incontinentiam, tamquam pestem, et ipse fugere et a civitate arcere debet. Fortem esse, neque ad mortem aut pericula trepidare eum oportet. Denique, ut armis, ita ra-

(1) S. XLVI, p. 337, l. 50. Non igitur φοβερὸς adspectu sit subditis, sed καταπληκτικὸς, ut ait S. cit p. 326. Ceterum tyrannorum impotentia non inde oritur, quod reliquis hominibus diriores habeant libidines: sed eadem est omnium cupido, diversa vero fortuna, ut ait S. II, p. 31.

(2) Cicero de Legg. III, 1. *Vere dici potest, magistratum legem esse loquentem.*

rationibus etiam sit invictus, ne sermonum fallaciis decipiatur. Nam Regem ab omni parte fortem, intrepidum, omni errore liberum ac perfectum esse decet (1).

Secundum Deos ac patriam proximi sunt cognati atque amici. Arctissimam esse conjugum conjunctionem, supra jam vidimus: officia, quibus erga se invicem tenentur, nunc spectemus.

Quum igitur praeter liberorum procreationem, socialis etiam vita finis sit nuptiarum, eo sint animo maritus et uxor, ut et valentes et aegrotantes mutuo se diligant et curent; utque alter alterum hac in parte superare studeat. Ubi enim vel uterque vel alteruter etiam non nisi suam spectet utilitatem, alterius negligat, et commune onus ferre recuset, ibi cuncta in perniciem ruere, nuptiarumque societatem vel brevi dissolvi, vel talem esse, quae solitariâ vitâ longe sit molestior, necesse est (2).

In eligendâ igitur conjuge non genus, aut so-

(1) S. XLVI, p. 336, seqq. Cf. Gatakerus ad Anton. I, 14.

(2) S. LXVII, p. 425.

sola formae pulcritudo spectanda est; quae nec ad vitae societatem, nec ad liberorum procreationem quidquam valeant: sed talis eligenda est uxor, quae firmo sit ac sano corpore, animo vero ad omnem virtutem facto (1).

Ceterum quamquam iisdem teneantur officiis maritus et uxor, hoc non ita tamen est intelligendum, ut omnia omnino, quae ad communem vitam pertinent, utrique pariter conveniant. Quum enim infirmior plerumque foeminarum, fortior virorum sit natura; domestica opera mulieres, quae foris agenda sunt, viros potius decent (2). Hoc igitur bonae uxoris est munus, ut rei familiaris curam gerat, sumtus moderetur, domesticis imperare noverit, voluptatibus numquam superetur, non sumtuosa sit, aut vestium cultui nimium studeat, nullis blanditiis vel minis adducta turpe quidquam faciat aut patiatur, laborem non fugiat, suis manibus opus faciat, neque servilia, quae putantur, ministeria recuset, liberos denique plus vitâ di-

(1) S. LXVIII, p. 428.

(2) In Diss. ined. ap. Jo. Damasc.

diligat, suoque lacte nutriat (1), et marito quaecunque possit commoda libentissime subministret (2).

Liberorum erga Parentes officia iisdem finibns continentur, quibus Virtus et honestas. Quidquid enim bonum est atque honestum id faciendum est, etiamsi non diserte jusserint parentes; siquidem ex animo illis obedire velimus; omnis enim parens a libeɹis suis bona et utilia peragi cupit. Quidquid vero turpe est ac malum, id, etiamsi parentes jusserint, non faciendum est. Is igitur vero sensu parentibus obtemperat, qui, quicquid bene atque honeste imperaverint, libenter ac sponte perficit. Si vero male quidquam ac turpiter jusserint, rationibus a sententiâ deducendi malioraque docendi sunt. Quod si verbis fieri nequeat, ipsi certe boni filii mores parentibus persuadebunt. Talis enim filius summo studio parentibus, quâcunque in re possit, gratificabitur, modesti semper ac mitis erit ingenii, non perti–

(1) Cf. egregia Favorini Dissertatio ap. Gell. N. A. VII, 1.

(2) In Diss. ined. ap. Jo. Damasc.

tinax, non sui amore inflatus, non temerarius, non turbulentus. Quumque et voluptatibus facile carere, et labores fortiter ferre didicerit, parentibus etiam suavia et jucunda sponte concedet, molesta pro illis libenter suscipiet (1).

Egregia denique est Amicorum conjunctio, quae, nisi inter bonos et honestos, esse nequit. Fieri enim non potest, ut malus cum malo amicitiam jungat et in concordiâ vivat, multo minus ut cum bono (2). Itaque danda est opera ut veros habeamus amicos (3) qui et in secundis et in adversis rebus iidem semper maneant, nec umquam deserant nos aut prodant (4). Nam tales amici, quales vulgo putantur, saepius a virtute nos et rerum meliorum appetitu (τῆς ἐπὶ κρείττω ὁρμῆς) detrahunt (5): eorumque familiaritas fugienda potius qnam sequenda est (6).

Pro

(1) S. LXXVII, p. 458. seqq.

(2) S. LXVIII, p. 428, l. 40. Quod plane est Stoicum: Laert. VII, 124. ἐν τε τοῖς φαύλοις μὴ εἶναι φιλίαν. Cf. Epictetus Diss. II, XXII, et e recentioribus in primis Lipsius in Man. et Phil. Stoic. III, XVII.

(3) S. XXIX, p. 202, l. 20.

(4) S. XXXVIII, p. 234, l. 40.

(5) Ibid. p. 235, l. 1.

(6) Ibid. p. 234, l. 30.

Pro veris amicis labores etiam fortiter suscipere debemus: quod qui recusat, is injustus est atque impius (1).

V. Ex iis, quae hactenus e Musonii sententiâ dicta sunt, multa sponte intelliguntur quae de *Sapiente* praedicare solebant Stoici: eum solum esse liberum (2), fortem, invictum (3), nullis perturbationibus obnoxium (4), beatum ac laude dignum (5): eum omnia in se posita habere, nullius cujusquam liberalitate aut favore indigere (6), solum esse vere amicum

(1) S. LXXXIII, p. 489, l. 20.

(2) S. XXXVIII, p. 236, l. 30. seq. Cf. Diog. Laërt. VII, 121: Cicero Parad. V. et Lipsius Man. III, XII.

(3) S. XLVI, p. 338, l. 30. Cicero Tusc. III, 7,

(4) Laudat Musonius ap. Jo. Dam. τὸ κρείττονα πάθους παντὸς εἶναι. Cf. Lipsius Man. III, VII.

(5) S. XXXVIII, p. 237, l. 10. CXVI, p. 595, l. 40.

(6) S. XXXVIII, p. 234, l. 30. Αὐτὸς δὲ ἐν αὐτῷ τίθεται τὸ πᾶν. Hoc ab Antisthene fluxit, qui (ap. Diog. Laërt. VI, 11.) τὸν σοφὸν αὐτάρκη εἶναι dicit: Cf. etiam Musonius ap. Epict. Diss. I, IX, p. 58. Cf. Lipsius in Manud. III, X. Nec enim res externae, sed solâ virtus et honestas in nostrâ sunt potestate, quod

cum (1). Sed praeter haec alia multa Sapienti tribuebant, etiam Παραδοξότερα. Ex his unum est, quod eleganti et probabili ratione explicuit Musonius: *solum Sapientem esse Regem* (2): de quo germane Stoico placito paucis, age, videamus.

Regis igitur hoc esse officium constat, ut bene ac sapienter populos urbesque curet, et hominibus imperare dignus sit. Jam vero quis aptior civitatis praefectus, quis dignior hominibus imperare, quam Philosophus? Is enim, si verè Philosophi nomine dignus sit, prudens est ac temperans, justa et injusta dijudicandi peritissimus, fortis, beneficus, hominum amans. Nec ad Regiam facultatem quidquam facit, utrum quis multis an paucis imperet. Satis enim est, si modo amicis, uxori, liberis, vel hercle sibi soli imperet Philosophus. Ut enim ae-

quod ostendit et egregia fortitudinis atque obedientiae erga Deum praecepta inde ducit Rufus ad Epict. in Eclog. Ethic. p. 199.

(1) S. LXVIII, p. 428, l. 30. Vid. supra num. praec. fin.

(2) S. XLVI, p. 338, l. 20. seqq. Cf. Diog. Laërt. VII, 122. et Lipsius in Manud. III, XIII.

aeque est Medicus ille, qui paucos aegrotos curat, atque is qui multos: nec minus est Musicus, qui paucos habet discipulos, quam qui multos: et, ut aeque dici potest Equestris, qui paucos moderatur equos, atque is, qui multos; modo quisque suae sit artis peritus: ita non minus ille Rex est, qui duos vel unum tantummodo sibi subditum bene et prudenter regit, atque is, qui toti imperat populo (1). Verissime igitur a Socrate dictum est, Philosophiam esse politicam et regiam scientiam.

Alia etiam sunt Stoicorum Paradoxa, quae verbo memoravit Musonius, ut *solum sapientem esse divitem* (2): *stultos omnes insanire* (1): *pe-*

(1) Simillimâ ratione Socrates ap. Xenoph. M. S. III, 1, 4. Ὥσπερ ὁ κιθαρίζειν μαθὼν, καὶ ἐὰν μὴ κιθαρίζῃ, κιθαριςὴς ἐςι· καὶ ὁ μαθὼν ἰᾶσθαι, κἂν μὴ ἰατρεύῃ, ὅμως ἰατρός ἐςιν· οὕτω καὶ ὅδε (ὁ ςρατηγεῖν μαθὼν,) ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου διατελεῖ ςρατηγὸς ὢν, κἂν μηδεὶς αὐτὸν ἕληται. ὁ δὲ μὴ ἐπιςάμενος οὔτε ςρατηγὸς οὔτε ἰατρός ἐςιν, οὐδὲ ἐὰν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων αἱρεθῇ. Cf. Plato Politic. p. 170. F.

(2) S. XCII, p. 513. Τῶν μὲν Κροίσου καὶ Κύρου θησαύρων πενίαν ἐσχάτην καταψηφιούμεθα, ἕνα δὲ καὶ μόνον πιςεύομεν εἶναι πλούσιον καὶ σοφὸν, τὸν, δυνάμε-

(1): *peccata esse aequalia* (2): de quibus non est, quod uberius dicamus.

VI. Ultimo jam loco de Virtutis institutione nonnulla addamus, quae quidem, sicut aliae quoque artes, Musica, v. c. et Medica, duabus continetur partibus, doctrinâ et exercitatione (3). Omnes enim homines, qui Philosophiam non attigerunt, in ignorantiâ boni justique versantur, adeoque *disciplinâ* opus habent, ut istius ignorantiae turpitudine et periculo liberentur (4). A primâ igitur juventute sic instituendi sunt, ut discant hoc bonum, illud malum, hoc utile, illud noxium, hoc faciendum,

νον κτήσασθαι τὸ ἀνενδεὲς πανταχοῦ. Cff. Diog. Laërt. VI, 11: VII, 125. Cicero Parad. VI. et Lipsius in Manud. III, xi.

(1) S. LXXXIII, p. 489, l. 40. *Ἄνοια μανίας συγγενέστατον.* Stoici sic enunciabant *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.* Cf. Diog. Laërt. VII, 124 Cicero Parad. IV. Lipsius in Manud. III. xx.

(2) Ap. Epict. Diss. I, vii. fin. Cff. Diog. Laërt. VII, 120, Cicero Parad. III. Lipsius in Manud. III. xxi.

(3) S. XXIX, p. 204, l. 1.

(4) S. S. XIX, p. 170, l. 20: XLVI, p. 336, l. 30, sequ. LXXXIII, p. 489, l. 40: Cff. etiam quae dicta sunt §. 1. et §. 4. p. 35. not. (3.)

dum, illud fugiendum esse: docendi sunt, quid justum sit, quid injustum, quid homini debeat homo (1). Demonstrationes, quibus res primâ specie minus probabiles firmantur, breves ac perspicuae sint, et actionum causâ suscipiantur. Discipulus denique a magistri latere, quantum fieri potest, numquam discedat (2).

Sed, quum nulla sit, ut vidimus, Philosophicae cognitionis utilitas, nisi cum eâ actiones consentiant, *Exercitatio* virtutis magni in primis est momenti; idque eo magis, quo major est plerumque pravae consuetudinis corruptio, quôque altius infixae sunt mentibns praejudicatae opiniones (3) Quomodo enim temperans sit is, qui noverit quidem non indulgendum esse voluptatibns, resistere tamen illis nequeat? Quomodo justus, qui didicerit aequitatem sectandam esse, nec tamen ipse curet, ne cuiquam sit iniquus? aut quomodo fortis, qui sciat non esse reverâ bonas aut malas illas res, quae vulgo tales videntur, nec tamen has res

(1) In Diss. ined. ap. Jo. Damasc.

(2) Cff. quae dicta sunt §. 1 ult.

(3) S. XXIX, p, 204, l. 30 et 205, l. 20, sequ.

res contemnere audeat (1). Assiduâ igitur exercitatione opus est omnibus verae Virtutis et sapientiae studiosis, quae quomodo instituenda sit, paucis videamus.

Homo igitur quum constet Animo et corpore, quumque praestantior quidem sit Animi natura, nec negligendum tamen omnino corpus, intelligitur, duplex esse exercitationis genus, alterum Animo proprium, alterum corpori Animoque commune (2). Simul exercentur Animus et corpus, frigore, calore, siti, ac fame: tenui victu, duriori lectulo. Sic enim robustius et laborum patientius redditur corpus; Animus vero duris rebus tolerandis ad fortitudinem, suavibus carendis ad temperantiam juvatur. Ea vero exercitatio, quae ad mentem so-

(1) Ibid. p. 234, l. 10. sequ.

(2) S. XXIX, p. 204. l. 40. seqq. Diogenes Laërt. VI, 70. Διττὴν δὲ ἔλεγεν (Diogenes Cynicus) εἶναι τὴν ἄσκησιν· τὴν μὲν ψυχικὴν, τὴν δὲ σωματικήν· ταύτην καθ' ἣν ἐν γυμνασίᾳ συνεχεῖς γινόμεναι φαντασίαι εὐλυσίαν πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα παρέχονται· εἶναι δὲ ἀτελῆ τὴν ἑτέραν χωρὶς τῆς ἑτέρας, οὐδὲν ἧττον εὐεξίας καὶ ἰσχύος ἐν τοῖς προσήκουσι γενομένης, ὡς περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. ubi cf. doct. Kuhnius.

solam pertinet, ejusmodi est, ut veras de rebus bonis et malis, appetendis et fugiendis, notiones clariores distinctioresque reddamus, et in recte dijudicandis atque aestimandis illis rebus nos ipsi magis magisque exacuamus. Etenim quum semper, quantumvis edocti simus ac persuasi, nihil esse bonum praeter virtutem, nihil malum, praeter vitium, vel sic tamen tanta sit corruptionis et consuetudinis vis, ut laborem in malis, voluptatem in bonis numeremus; ut mortem calamitatum extremam, vitam bonorum ultimum putemus; ut denique, amissis opibus, damno nos affici, auctis vero, bonum nos adeptos arbitremur: haec igitur quum ita sint, quisque se ita componere debet, ut voluptate non exsultet, laborem nou fugiat; vitam non diligat, mortem non timeat; nec libentius accipiat pecunias quam expendat (1).

Ut labores ac molestiae, quae Virtutis causa nonnumquam subeundae sunt, facilius ac fortius feramus, multum proderit cogitâsse quam turpe sit illi, cui tota et perfecta felicitas, tamquam finis, est proposita, laborem fugere, quem

(1) S. XXIX, p. 204. sequ.

quem libenter et sponte subeunt plurimi, ut pravis cupiditatibus inserviant. Jam vero quanto melius est in eo te laborare ut cupiditates tuas vincas, quam ut alienâ uxore fruaris: ut paucis indigeas, quam ut magnas opes conquiras: ut animum ambitione liberes, quam ut vanam gloriolam captes: ut nemini invideas, quam ut invisis tibi noceas: ut denique veros tibi pares amicos, quum ut falsis aduleris. Etenim, quum cunctis hominibus, sive bona appetant sive mala, laborare sit necesse, prorsus est absurdum eos, qui maximum laboris fructum se certe percepturos noverint, non multo esse alacriores illis, qui parvâ spe et mercede laborant. At vero quales molestias, quot ipsius vitae pericula subeunt v. c. funambuli aliique id genus hominum, parvi tantum lucri gratiâ? qualia etiam fortitudinis exempla in brutis videmus, quae, nullâ propositâ mercede, a pugnâ ne vulnerata quidem desistunt, et saepius ad mortem usque dimicant, ne ab alio vincantur. Nos igitur quanto magis decet nullos labores effugere, ut amicos aut cives juvemus, pro conjugibus liberisque pugnemus,

et,

et, quae omnium bonorum summa est, ut boni simus ac felices homines (1).

Habetis, Literarum fautores, quae de Musonii rebus ac placitis diligentiâ conquirere, ratione et judicio illustrare potui. Quod a me nec pro Viri celebritate, nec pro rerum ipsarum praestantiâ factum esse, nemo me libentius agnoscit. Nullus enim dubito, quin quaedam praetermiserim scriptorum loca, quae vel ad Musonii vitam cognoscendam, vel ad ejus sententiam e Stoicâ disciplinâ explicandam adhiberi poterant. Veniam tamen hac in re facile me ab aequis judicibus impetraturum spero, si probabili in ceteris diligentiâ et juvenili industriâ versatus sim. Nam perfecti quidquam, in hoc praesertim genere, quod immens et accuratissimâ veterum Scriptorum lectione, et exercitato in disponendâ atque illustrandâ materiâ judicio continetur, vix a doctissimo homine, nedum a meâ aetate, et doctrinae modulo postulandum est. FRAG-

(1) S. XXIX, p. 202, sequ.

TANTUM.

FRAGMENTA

DISSERTATIONUM PHILOSOPHICARUM

ET

APOPHTHEGMATUM

C. MUSONII RUFI.

ΑΡΟΜΝΕΜΟΝΕΥΜΑΤΟΝ

C. MUSONII RUFI.

Lib. I. Cap. I.

De Ingeneratis virtutis seminibus.

Μουσωνίου.

(Ex 2 Codd. Stobaei Augustano et Augustiniano; editum in Observat. Miscell. vol. VII. p. 193.*)*

Πάντες, ἔφη, φύσει πεφύκαμεν οὕτως, ὥστε ζῆν ἀναμαρτήτως, καλῶς οὐχ ὁ μὲν ἡμῶν, ὁ δὲ οὐ, καὶ τοῦτο μέγα τεκμήριον, ὅτι πᾶσιν ὁμοίως οἱ νομοθέται, καὶ προστάττουσιν ἃ χρὴ ποιεῖν, καὶ ἀπαγορεύουσιν, ἃ μὴ χρὴ, οὐχ ὑπεξαιρούμενοι οὐδένα τῶν ἀπειθούντων, ἢ τῶν ἁμαρτανόντων, ὥστε ἀτιμώρητον εἶναι οὐ νέον, οὐ πρεσβύτην, οὐκ ἰσχυρὸν, οὐκ ἀσθενῆ, οὐχ ὅντινα οὖν· καί τοι ἐχρῆν, εἰ ὅλον ἐπείσακτον τὸ τῆς ἀρετῆς ἦν, καὶ μηδὲν αὐτοῦ φύσει ἡμῖν μετῆν, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς ὑπὸ τὰς ἄλλας τέχνας οὖσιν ἔργοις, οὐ-

δεὶς

θεὶς ἀπαιτεῖται ἀναμάρτητος μὴ μεμαθηκὼς τὴν τέχνην. οὕτω μηδ᾽ ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον μηδένα ἀπαιτεῖσθαι εἶναι ἀναμάρτητον, ὅτις κἀρετὴν μὴ ἐξέμαθεν, ἐπείπερ ἀρετὴ μόνη ποιεῖ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν βίῳ. νῦν δὲ ἐν μὲν θεραπείᾳ καμνόντων οὐδεὶς ἀναμάρτητον ἀξιοῖ εἶναι ἄλλον, ἢ τὸν ἰατρὸν, καὶ ἐν χρήσει λύρας οὐδένα ἄλλον, ἢ τὸν μουσικόν· ἐν χρήσει πηδαλίων οὐδένα ἄλλον ἢ τὸν κυβερνήτην. ἐν δὲ τῷ βίῳ οὐκέτι μόνον ἀναμάρτητον εἶναι τὸν φιλόσοφον ἀξιοῦσιν, ὃς δοκεῖ μόνος ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς, ἀλλ᾽ ὁμοίως ἅπαντας, καὶ τοὺς μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ταύτης πεποιημένους. Δῆλον οὖν, ὡς οὐδὲν ἕτερον τούτου αἴτιον, ἢ τὸ προαιρετὸν (πρὸς ἀρετὴν) γεγονέναι τὸν ἄνθωπον. Καὶ μὴν κἀκεῖνο μέγα τεκμήριον τοῦ μετεῖναι ἀρετῆς φύσει ἡμῖν, τὸ πάντας οὕτω διαλέγεσθαι περὶ ἑαυτῶν, ὡς ἐχόντων ἀρετὴν, καὶ ὄντως ἀγαθῶν. Οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν πολλῶν, ὃς ἐρωτώμενος, πότερον ἄφρων, ἢ φρόνιμος τυγχάνει ὢν., ἄφρων ὁμολογήσει εἶναι· οὐδ᾽ ἂν ἐρωτώμενος, πότερον ἄδικος ἢ δίκαιος τυγχάνει ὢν, φησὶν ὅτι ἄδικος. Ὁμοίως δὲ κἂν ἐρωτᾷ τις, πότερον σώφρων ἢ ἀκόλαστος; εἶθ᾽ οὕτως ἀπο-

κρί-

κρίνεται ἐρωτηθεὶς ὅτι σώφρων. καὶ ἁπλῶς ἂν ἐρωτηθείς τις (ἂν ἐρωτᾷ τις) πότερον ἀγαθὸς εἴη, ἢ φαῦλος, φαίη ἂν ἀγαθός. Καὶ ταῦτα ἂν ἔχων εἰπεῖν οὔτε διδάσκαλον αὐτοῦ καλοκἀγαθίας, οὔτε μάθησιν ἀρετῆς ἢ ἄσκησιν, ἣν τυγχάνει πεποιημένος. Τοῦτ' οὖν τίνος ἄλλου τεκμήριόν ἐστιν, ἢ τοῦ φυσικὴν εἶναι ὑποβολὴν τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ πρὸς καλοκἀγαθίαν καὶ σπέρμα ἀρετῆς ἑκάστῳ ἡμῶν ἐνεῖναι; Διὰ δὲ τὸ πάντας ἀγαθοὺς ὑπάρχειν προσήκειν ἡμῖν, οἱ μὲν ἀπατώμεθα ὡς καὶ δὴ ὄντες ἀγαθοὶ, οἱ δὲ αἰσχυνόμεθα ὁμολογεῖν οὐκ ἐσμέν. Ἐπεὶ διὰ τί πρὸς θεῶν γράμματα μὲν, ἢ μουσικὴν ἢ παλαιστρικὴν, οὐδεὶς μὴ μαθὼν εἰδέναι φησὶν, οὐδὲ ἔχειν τὰς τέχνας ταύτας προσποιεῖται, μὴ καὶ διδάσκαλον, παρ' ὃν ἐφοίτα, ἔχων εἰπεῖν, ἀρετὴν δὲ ἔχειν πᾶς ὑπισχνεῖται; ὅτι ἐκείνων μὲν οὐδὲν φύσει τῷ ἀνθρώπῳ μέτεστιν, οὐδέ ἥκει εἰς τὸν βίον ὑποβολάς.

Agri-

AGRICULTURA EST QUAESTUS PHILOSOPHO INPRIMIS CONVENIENS.

Cap. II.

Priora desunt.

(Ex Stobaeo Serm. 54. p. 370.)

Ἐστὶ καὶ ἕτερος πόρος, οὐδὲν τούτου κακίων, τάχα δὲ καὶ ἀμείνων νομισθεὶς ἂν οὐκ ἀλόγως ἀνδρὶ γ' ἐυρώστῳ τὸ σῶμα ὁ ἀπὸ γῆς, ἄν τ' οὖν ἰδίαν ἔχῃ τὶς, ἄν τε καὶ μή. πολλοὶ γὰρ δὴ καὶ ἀλλοτρίαν γῆν γεωργοῦντες, ἢ δημοσίαν, ἢ ἰδιωτικὴν, δύνανται τρέφειν οὐ μόνον ἀυτοὺς, καὶ τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας. ἔνιοί γε δὲ καὶ εἰς ἄγαν ἀπὸ τούτου ἐυποροῦσιν ἀυτουργικοὶ καὶ φιλόπονοι ὄντες. ἀμείβεται γὰρ ἡ γῆ κάλλιστα καὶ δικαιότατα τοὺς ἐπιμελομένους ἀυτῆς, πολλαπλάσια ὧν λαμβάνει διδοῦσα, καὶ ἀφθονίαν παρέχουσα πάντων τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸν βίον τῷ βουλομένῳ πονεῖν. καὶ ταῦτα

μὲν

μὲν σὺν τῷ πρέποντι, σὺν αἰσχύνῃ δ' οὐδὲν αὐτῶν. οὐ γάρ ἐστιν ἀνθρώπων οὐδεὶς, μὴ θρυπτικός τε μηδὲ μαλακὸς ὢν, ὅς ἂν φαίη τῶν γεωργικῶν ἔργων οὖν, αἰσχρὸν, ἢ ἀνάρμοστον ἀνδρὶ ἀγαθῷ εἶναι. Πῶς μὲν γὰρ οὐ καλὸν τὸ φυτεύειν; πῶς δὲ τὸ ἀροῦν; πῶς δὲ τὸ ἀμπελουργεῖν; τὸ δὲ θερίζειν, τὸ δὲ ἀλοᾷν, οὐ πάντ' ἐλευθέρια ταῦτα, καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς πρέποντα; καὶ μὴν τὸ ποιμαίνειν ὥσπερ Ἡσίοδον οὐ κατῄσχυνεν, οὐδὲ ἐκώλυεν εἶναι θεοφιλῆ τε καὶ μουσικὸν, οὕτως οὐδ' ἂν ἄλλον οὐδένα κωλύσειεν. ἐμοὶ μὲν δὴ καὶ ἀρεστὸν τοῦτο, πάντων τῶν ἐν γεωργίαις ἔργων ὅτι τῇ ψυχῇ παρέχει σχολὴν πλείονα διανοεῖσθαι τε καὶ ζητεῖν παιδείας ἐχόμενον. Ὅσα μὲν γὰρ ἔργα πάνυ ἐντείνει τὸ σῶμα, καὶ κάμπτει, ταῦτα καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκάζει πρὸς αὐτοῖς εἶναι μόνοις, μάλιστα συνεντεινομένην τῷ σώματι. Ὅσα δὲ τῶν ἔργων ἐφίησι μὴ ἄγαν ἐντετάσθαι τῷ σώματι, οὐκ ἀπείργει τὴν ψυχὴν ἐκλογίζεσθαι τι τῶν κρειττόνων, κἀκ τῶν τοιούτων λογισμῶν αὐτὴν αὑτῆς γίνεσθαι σοφωτέραν, οὗ δὴ καὶ μάλιστα πᾶς φιλόσοφος ἐφίεται. διὰ ταῦτ' ἐγὼ τὴν ποιμενικὴν ἀσπά-

πάζομαι μάλιστα, εἴγε μὴν ἅμα φιλοσοφοῖ τις καὶ γεωργοῖ, οὐκ ἄλλον ἂν παραβάλλοιμι τούτῳ βίον, οὐδὲ πορισμὸν ἕτερον προτιμήσαιμι ἄν. Πῶς μὲν γὰρ οὐ κατὰ φύσιν μᾶλλον ἀπὸ γῆς, ἡ τροφός τε καὶ μήτηρ ἐστὶν ἡμῶν, ἢ ἀπ' ἄλλου του τρέφεσθαι; πῶς δ' οὐκ ἀνδρικώτερον τοῦ καθῆσθαι ἐν πόλει, ὥσπερ οἱ σοφισταὶ, τό ζῆν ἐν χωρίῳ; πῶς δ' οὐχ ὑγιεινότερον, τοῦ σκιατροφεῖσθαι τὸ ἔσω διαιτᾶσθαι; τί δὲ ἐλευθεριώτερον, αὐτὸν αὑτῷ μηχανᾶσθαι τά ἀναγκαῖα, ἢ παρ' ἑτέρων λαμβάνειν; ἀλλὰ φαίνεται τὸ μὴ δεῖσθαι ἄλλου πρὸς τὰς χρείας τὰς αὐτοῦ πολὺ σεμνότερον, ἢ τὸ δεῖσθαι. Οὕτω δ' ἄρα καλὸν, καὶ εὐδαιμονικὸν, καὶ θεοφιλὲς τὸ ζῆν ἀπὸ γεωργίας ἐστὶ, σύν γε τῷ καλοκαγαθίας μὴ ὀλιγωρεῖν, ὥστε Μύσωνα τὸν Χημαῖον ὁ θεὸς ἀνεῖπε σοφὸν, καὶ τὸν Ψοφίδιον Ἀγλαὸν, εὐδαίμονα προσηγόρευσε, χωριστικῶς ἑκάτερον βιοῦντα καὶ αὐτουργίᾳ χρώμενον, καὶ τῆς ἐν ἄστει διατριβῆς ἀπεχόμενον. Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον ζηλοῦν τε καὶ μιμεῖσθαι τούτους, καὶ περιέχεσθαι σπουδῆς τοῦ γεωργεῖν; τί οὖν οὐ δεινὸν φαίη τις ἂν ἴσως, ἄνδρα παιδευτι-

κὸν, καὶ δυνάμενον προβιβάζειν νέους εἰς Φιλοσοφίαν ἐργάζεσθαι γῆν, καὶ τῷ σώματι πονεῖν τοῖς χωρίταις παραπλησίως; ναί· δεινὸν ἂν τοῦτο τῷ ὄντι ἦν, εἴπερ ἐκώλυεν ἡ ἐργασία τῆς γῆς Φιλοσοφεῖν, ἢ ἄλλους πρὸς Φιλοσοφίαν ὠφελεῖν. Νῦν δὲ καὶ μᾶλλον ἄν μοι δοκοῦσιν ὠφελεῖσθαι οἱ νέοι, οὐκ ἐν πόλει τῷ διδασκάλῳ συνόντες, οὐδ' ἐν τῇ διατριβῇ ἀκούοντες αὐτοῦ λέγοντος, ἀλλ' ἐργαζόμενον ἐπὶ τῆς ἀγροικίας ὁρῶντες, καὶ ἔργῳ ἐνδεικνύμενον, ὥσπερ ὑφηγεῖται ὁ λογος, ὅτι χρὴ πονεῖν καὶ κακοπαθεῖν τῷ σώματι μᾶλλον, ἢ ἑτέρου δεῖσθαι τοῦ τρέφοντος. τί δὲ τὸ κωλῦον ἐστὶ καὶ ἐργαζόμενον μετὰ τοῦ διδασκάλου τὸν μαθητὴν, ἀκούειν τί ἅμα περὶ σωφροσύνης, ἢ δικαιοσύνης, ἢ καρτερίας λέγοντος; πολλῶν μὲν γὰρ λόγων οὐ δεῖ Φιλοσοφήσουσι καλῶς, οὐδὲ τὸν ὄχλον τούτων θεωρημάτων ἀναληπτέον πάντως τοῖς νέοις, ἐφ ᾧ Φυσωμένους τούς σοφιστὰς ὁρῶμεν. Ταῦτα γὰρ δὴ τῷ ὄντι ἱκανὰ κατατρίψαι βίον ἀνθρώπου ἐστὶ. τὰ δ' ἀναγκαιότατα, καὶ χρησιμώτατα μαθεῖν, οὐκ ἀδύνατον, καὶ πρὸς ἐργασίᾳ γεωργικῇ ὄντας, ἄλλως τὲ καὶ οὐ διαπαντὸς ἐργασομένους, ἀλλὰ ἀναπαύλαις χρησομέ-

μένους. Ὀλίγοι μὲν οὖν τὸν τρόπον τοῦτον ἐθελήσουσι μανθάνειν, οἶδ' ἀκριβῶς ἐγώ. Ἔστι δὲ ἄμεινον μηδὲ προσεῖναι τῷ Φιλοσόφῳ τοὺς πλείονας τῶν Φιλοσοφεῖν λεγόντων νέων, ὅσοι σαθροί τε καὶ μαλακοὶ, δι' οὓς προσιόντας ἀναπίμπλαται κηλίδων Φιλοσοφία. τῶν μὲν γὰρ ἀληθινῶν ἐραστῶν Φιλοσοφίας, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὃς οὐκ ἂν ἐθελήσειε μετ' ἀνδρὸς ἀγαθοῦ διάγειν ἐν χωρίῳ, καὶ ἐι χαλεπώτατον τύχοι ὂν τὸ χωρίον, μέλλων γε ἀπολάυειν μεγάλα τάυτης τῆς διατριβῆς, τῷ συνεῖναι τῷ διδασκάλῳ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, τῷ ἀπεῖναι τῶν ἀστυκῶν κακῶν, ἅπερ ἐμπόδιον τῷ Φιλοσοφεῖν, τῷ μὴ δύνασθαι λανθάνειν εὖ, ἢ κακῶς τι ποιῶν, ὃ δὴ μέγιστον τοῖς παιδευομένοις ὄφελος. καὶ ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν καὶ καθεύδειν ὑφορώμενον ὑπ' ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, μέγα ὄφελος. ἃ δὲ γένοιτ' ἂν ἐξ ἀνάγκης ἐν τῇ συνουσίᾳ τῇ κατ' ἀγρὸν, ἐπαινεῖ ταῦτα καὶ Θέογνις ἐν οἷς Φησι·

Καὶ μετὰ τῶν γε σὺ πίνε καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν
Ἷζε, καὶ ἅνδανε τοῖς ὧν μεγάλη δύναμις.

ὅτι γε μὴν οὐκ ἄλλους τινὰς ἢ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας λέγει μεγάλην ἔχειν δύναμιν, πρὸς ἄνθρωπων

ὠφέ-

ὠφέλειαν, εἰ συνεσθίοι καὶ συμπίνοι τὶς αὐτοῖς καὶ συγκαθέζοιτο δεδήλωκεν.

> Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι. ἢν δὲ κακοῖσι
> Συμμιγῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

μηδὲ λεγέτω τὶς, ὅτι τῷ μανθάνειν, ἢ τῷ διδάσκειν ἃ χρὴ, τὸ γεωργεῖν ἐμπόδιον· οὐγὰρ ἔοικεν οὕτως ἔχειν, εἰ δὴ μάλιστ' ἂν οὕτω καὶ ἐπὶ πλεῖστον ὁ μέν μανθάνων συνείη τῷ διδάσκοντι, ὁ δὲ διδάσκων διὰ χειρὸς ἔχοι τὸν μανθάνοντα. τούτου δὲ τοιούτου ὄντος, ὁ πόρος ἐκ γεωργίας φαίνεται ὢν τῷ φιλοσόφῳ πρεπωδέστατος.

REGI PHILOSOPHANDUM ESSE.

Cap. III.

(*Ex Stobaeo Serm.* 46. *p.* 336.)

Εἰσελθόντος δὲ ποτε ὡς αὐτὸν τῶν βασιλέων τινὸς τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας, (ἦσαν γὰρ ἔτι τότε ἐν Συρίᾳ βασιλεῖς Ῥωμαίων ὑπήκοοι) ἄλλα τε πολλὰ εἶπε πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ δὴ καὶ ταῦτα· μὴ οἴου, ἔφη, ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον προσήκειν φιλοσοφεῖν, ἢ σοί· μὴ δ' ἄλλου του χάριν μᾶλλον, ἢ ὅτι βασιλεὺς τυγχάνεις ὤν. Δεῖ μὲν γὰρ δήπου δύνασθαι τὸν βασιλέα σώζειν ἀνθρώπους καὶ εὐεργετεῖν. τὸν δέ γε σώσοντα καὶ εὐεργετήσοντα χρὴ ἐπίστασθαι, τί μὲν ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, τί δὲ κακόν. καὶ τί μὲν ὠφέλιμον, τί δὲ βλαβερόν, καὶ συμφέρον γε καὶ ἀσύμφορον. εἴ γε ἀπόλλυνται μὲν οἱ περιπίπτοντες τοῖς κακοῖς, σώζονται δὲ οἱ τυγ-

χά-

χάνοντες τῶν ἀγαθῶν. καὶ εὐεργετοῦνται μὲν οἱ ἀξιούμενοι τῶν ὠφελίμων καὶ συμφερόντων, κακοποιοῦνται δὲ οἱ ἐμβαλλόμενοι τοῖς ἀσυμφόροις καὶ βλαβεροῖς. ἀγαθὸν μέν τοι ἢ κακὸν, ἢ συμφέρον ἢ ἀσύμφορον, ἢ ὠφέλιμον ἢ βλαβερὸν, οὐκ ἄλλου του διαγινώσκειν, ἢ τοῦ Φιλοσόφου ἐστὶν, ὃς αὐτὸ τοῦτο διατελεῖ πραγματευόμενος, ὅπως μηδὲ ἓν τούτων ἀγνοήσῃ, καὶ τέχνην πεποίηται ταύτην εἰδέναι, τί φέρει πρὸς ἀνθρώπου εὐδαιμονίαν, ἢ κακοδαιμονίαν· διὸ Φαίνεται δεῖν τὸν βασιλέα Φιλοσοφεῖν.

Καὶ μὴν προσήκει μὲν τῷ βασιλεῖ, μᾶλλον δὲ ἀνάγκη ἐστὶν αὐτῷ, τὰ δίκαια βραβεύειν τοῖς ὑπηκόοις, ὡς μήτε πλέον ἔχειν, μήτε ἐλαττοῦσθαι μηδένα παρὰ τὴν ἀξίαν. ἀλλὰ καὶ τιμῆς καὶ τιμωρίας τυγχάνειν τοὺς ἀξίους· ταῦτα δὲ πῶς ποτε δυνηθείη ἄν τις, δίκαιος οὐκ ὤν; δίκαιος δὲ πῶς ἂν εἴη τὶς μὴ ἐπιστάμενος δικαιοσύνην, ὁποῖόν τί ἐστι; Πάλιν οὖν καὶ ταύτῃ Φιλοσοφητέον τῷ βασιλεῖ ὅτι δικαιοσύνην καὶ τὸ δίκαιον οὐκ ἂν ἄλλως Φαίνοιτο γνοὺς, εἰ μὴ Φιλοσοφήσειεν. οὐ γὰρ οὐθ' ὡς οὐχ ὁ μαθὼν μᾶλλον εἰδήσει τὰ δίκαια τοῦ μαν-

μανθάνοντος ἐστιν εἰπεῖν. οὔθ' ὡς ὀυκ ἀμαθεῖς εἰσι τῶν τοιούτων πάντες, οἱ μὴ φιλοσοφήσαντες. Στασιάζουσι γοῦν καὶ πολεμοῦσι περὶ τῶν δικαίων πρὸς ἀλλήλους, ὁι μὲν ταῦτα φάσκοντες, ὁι δὲ ἐκεῖνα δικαιότερα εἶναι. Καὶ τοι περί γε ὧν ἐπίσταντται ἄνθρωποι, περὶ τούτων οὐ διαφέρονται. οὔτε περὶ λευκῶν ἤ μελάνων, ἤ θερμῶν, ἤ ψυχρῶν, οὔτε περὶ μαλακῶν, ἤ σκληρῶν. ἀλλὰ κατὰ τὰ αὐτὰ περὶ τούτων ἅπαντες φρονοῦσι τε καὶ λέγουσιν. ὥστε καὶ περὶ τῶν δικαίων ὁμονοοῦν ἄν παραπλησίως, ἔιπερ ᾔδεσαν ἅ τινα ἐστιν. ἐν ᾧ δ' ὀυχ ὁμονοοῦσιν ἀγνοοῦσιν φάινονται. Καὶ οὐδὲ σὺ ταύτης ἐκτὸς ἐι τῆς ἀγνοίας, ὡς ἐγὼ δοκῶ. ὅθεν ἐπιμελητέον σοι τῆς γνώσεως μᾶλλον, ἤ ἄλλῳ ὁτῳοῦν, καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ὅσῳ ἄισχιον ἀνδρὶ βασιλεῖ ἤ ἰδιώτῃ, εἶναι ἐν ἀγνοίᾳ δικαιοσύνης. Ἔτι τοίνυν δεῖ τὸν βασιλέα μὲν σωφρονεῖν αὐτὸν, δεῖ δὲ τοὺς ὑπηκόους σωφρονίζειν, ἵν' ὁ μὲν ἄρχῃ σωφρόνως, ὁιδ' ἄρχωνται κοσμίως, μηδέτεροι δὲ τρυφῶσι. λυμαντικὸν γὰρ ἄρχοντός τε καὶ ἰδιώτου παντὸς ἡ τρυφή. πῶς δ' ἄν ἤ αὐτὸς σωφρονήσειε τις, μὴ μελετήσας κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν; ἤ ἀκόλαστος

ὤν,

ῶν, ἄλλους ποιήσεις σώφρονας; τίς μὲν τοι ἐπιστήμη πρὸς σωφροσύνην ἄγει πλὴν Φιλοσοφίας, οὐκ ἔστιν ἐιπεῖν. ἅυτη γὰρ διδάσκει μὲν ἐπάνω ἡδονῆς εἶναι. διδάσκει δὲ ἐπάνω πλεονεξίας. διδάσκει δὲ ἀγαπᾷν ἐυτέλειαν. διδάσκει δὲ Φεύγειν πολυτέλειαν. ἐθίζει δ' αἰδῶ ἔχειν, ἐθίζει δὲ γλώττης κρατεῖν. τάξιν δὲ καὶ κόσμον, καὶ ἐυσχημοσύνην περιποιεῖ, καὶ ὅλως τὸ ἐν κινήσει καὶ σχέσει πρέπον. Ταῦτα δὲ ἀνθρώπῳ προσόντα παρέχεται καὶ σεμνὸν καὶ σώφρονα ἀυτὸν. καὶ δὴ καὶ βασιλεὺς, ὅτῳ ὑπάρχει ταῦτα, μάλιστα ἂν ἔιη θεοπρεπής τε καὶ αἰδοῦς ἄξιος. Τὸ γε μὴν ἄφοβον καὶ ἀνέκπληκτον καὶ θαῤῥαλέον, ἔστι μὲν ἀνδρείας ἔργον. πῶς δ' ἂν ἄλλως μᾶλλον ἀνθρώπῳ ὑπάρξειεν, ἢ ἔι τις περὶ θανάτου καὶ πόνου λάβοι πίστιν ἰσχυρὰν, ὡς οὐ κακοῖν ὄντοιν ἀυτοῖν; ταῦτα γὰρ δὴ τὰ ἐξιστάντα καὶ Φοβοῦντα τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶν, ὅ, τε θάνατος καὶ ὁ πόνος, ὅταν ὡς περὶ κακῶν πεπεισμένοι ὦσιν ἀυτῶν. Μὴ κακὰ δ' εἶναι ταῦτα, Φιλοσοφία διδάσκει μόνη. Ὥστ' ἔιπερ ἀνδρείαν κτητέον τοῖς βασιλεῦσι, κτητέον δέ, παντὸς οὖν ἑτέρου μᾶλλον ἐπιμελητέον τοῦ Φιλοσοφεῖν ἀυτοῖς,

ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἀνδρείοις γενομένοις. καὶ δὴ βασιλικὸν μὲν εἴ τι ἄλλο, καὶ τὸ ἀήττητον ἐν λόγῳ εἶναι, καὶ δύνασθαι κρατεῖν, ὥσπερ ὅπλοις τῶν μαχομένων, οὕτω τοῖς λόγοις, διαλεγομένων. ὡς ἄν τε ταύτῃ ἀσθενήσωσιν οἱ βασιλεῖς, ἀνάγκη πολλάκις περιάγεσθαι αὐτούς, καὶ βιάζεσθαι τὰ ψευδῆ ὡς ἀληθῆ προσίεσθαι, ὅπερ ἀφροσύνης ἔργον, καὶ ἀμαθίας τῆς ἐσχάτης.

Φιλοσοφία δὲ οὐκ οἶδα, εἴ τι μᾶλλον, ἢ τοῦτο παρέχειν τοῖς μετιοῦσιν αὐτὴν πέφυκεν, ὥστε περιεῖναι λόγῳ τῶν πλησίον, καὶ τὰ ψευδῆ διακρίνειν ἀπὸ τῶν ἀληθῶν, καὶ τὰ μὲν ἐλέγχειν, τὰ δὲ βεβαιοῦν. Οἱ γοῦν ῥήτορες, ὁπόταν ἔλθωσιν εἰς ταὐτὸ τοῖς φιλοσόφοις, καὶ δίδωσι καὶ λαμβάνωσι λόγον, ἔστιν ὁρᾶν αὐτοὺς συγκρουομένους, ἀπορουμένους, ἐναντία λέγειν αὐτοῖς ἀναγκαζομένους. Καίτοι ὁπόταν οἱ ῥήτορες, οἱ τοῦτο πεποιημένοι ἔργον, λόγους μελετᾷν, ἀσθενέστεροι περὶ λόγους ἁλίσκωνται τῶν φιλοσόφων ὄντες, τί χρὴ τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνειν; ὅθεν εἴ τινι ὄντι βασιλεῖ, ἔστιν ἐπιθυμία τοῦ ἐν λόγοις κράτους, φιλοσοφητέον αὐτῷ, ἵνα μὴ δεδίῃ μηδὲ ταύτῃ μηδένα, ὥσπερ γενησόμενος

νος αὐτοῦ ἥττων, δέον ἁπανταχοῦ ἀδεῆ εἶναι τὸν βασιλέα, καὶ θαῤῥαλέον καὶ ἀήττητον. Καθόλου δὲ τὸν μὲν βασιλέα τὸν ἀγαθὸν ἀνάγκη πᾶσα, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ εἶναι ἀναμάρτητον καὶ τέλειον. ἔιπερ δεῖ αὐτὸν, ὥσπερ ἐδόκει τοῖς παλαιοῖς, νόμον ἔμψυχον εἶναι, ἐυνομίαν μὲν καὶ ὁμόνοιαν μηχανώμενον, ἀνομίαν δὲ καὶ στάσιν ἀπείργοντα, ζηλωτὴν δὲ τοῦ Διὸς ὄντα, καὶ πατέρα τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ ἐκεῖνον. Τοιοῦτος δὲ πῶς ἄν ἔιη τὶς, μὴ φύσει τε διαφερούσῃ κεχρημένος, παιδέιαν δὲ τὴν ἀρίστην πεπαιδευμένος, ἀρετάς τε ἁπάσας ἔχων, ὅσαι περ ἀνθρώπῳ προσήκουσιν; ἐι μὲν οὖν καὶ ἑτέρα ἐπιστήμη ἐστὶν, ὑποδηγοῦσα πρὸς ἀρετὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ ἀσκεῖν καὶ μετιέναι τὰ καλὰ διδάσκουσα, παραβλητέον ἄν ἔιη καὶ συγκριτέον, ἔιτε ἐκέινη, ἔιτε φιλοσοφία κρέιττων, καὶ ἀποχρῶσα μᾶλλον ἀγαθὸν ἀποδεῖξαι βασιλέα. καὶ τῇ κρέιττονι χρῷτ' ἄν ἐικότως ὁ βασιλεὺς βουλομένος δὴ εἶναι ἀγαθὸς. Ἐι δὲ ἄλλα μὲν οὐδ' ὑπισχνεῖται τέχνη οὐδεμία παράδοσιν καὶ διδασκαλίαν ἀρετῆς, ἀλλ' ἁι μὲν περὶ τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τὰ τούτῳ χρήσιμα πραγματευόμεναι μόνον, ὅσαι

δὲ

δὲ τῆς ψυχῆς ἐφάπτονται, πάντα σκοπούμεναι μᾶλλον, ἡ ὅθεν αὐτὴ σωφρονήσει. μόνη δὲ φιλοσοφία τοῦτο σκοπεῖ, καὶ τοῦτο μηχανᾶται, πῶς ὁ ἄνθρωπος κακίαν μὲν ἐκφύγοι, κτήσαιτο τε ἀρετήν. εἰ ταῦτα ταύτῃ ἔχει, τι ἂν ἄλλο εἴη βασιλεῖ τῷ γε ἀγαθῷ εἶναι βουλομένῳ προυργιαίτερον τοῦ φιλοσοφεῖν; Μᾶλλον δὲ πῶς καὶ τίνα τρόπον δύναιτο ἄν τις βασιλεῦσαι, ἢ βιῶναι καλῶς, εἰ μὴ φιλοσοφήσειεν; ἐγὼ μὲν οἶμαι τὸν βασιλέα τὸν ἀγαθὸν, εὐθὺς καὶ φιλόσοφον ἐξ ἀνάγκης εἶναι. καὶ τὸν γε φιλόσοφον, εὐθὺς καὶ βασιλικὸν εἶναι. Πρῶτον δὲ τὸ πρότερον θεασώμεθα. ἆρ᾽ ἔσθ᾽ ὅπως βασιλεὺς ἀγαθὸς εἴη τὶς, ἂν μὴ ἄνθρωπος ἀγαθὸς ὤν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀγαθὸς δὲ τις ἀνὴρ, οὐκ ἀφιλόσοφος εἴη ἄν; νὴ Δία, εἴγε τὸ φιλοσοφεῖν καλοκαγαθίας ἐπιτήδευσις ἐστιν. ὥσθ᾽ ὁ βασιλεὺς ὁ ἀγαθὸς, ἐξ ἀνάγκης εὐθὺς καὶ φιλόσοφος εὑρίσκεται ὤν. Καὶ μὴν ὅγε φιλόσοφος, ὅτι πάντως καὶ βασιλεὺς, οὕτως ἂν μάθοις. τοῦ γὰρ βασιλικοῦ δήπου ἐστὶ, τὸ δύνασθαι καλῶς ἐπιτροπεύειν ἔθνη καὶ πόλεις, καὶ εἶναι ἄξιον ἀνθρώπων ἄρχειν. Τίς δ᾽ ἂν ἢ ἱκανώτερος εἴη πολέως προστάτης, ἢ ἀξιώτερος ἀνθρώπων

ἄρ-

ἄρχειν τοῦ Φιλοσόφου; ᾧγε προσήκει (ἄνπερ ᾖ ἀληθῶς Φιλόσοφος) εἶναι Φρονίμῳ, σώφρονι, μεγαλόφρονι, τῶν δικαίων κριτικῷ, καὶ τῶν πρεπόντων, καταπρακτικῷ τῶν νοηθέντων, καρτερικῷ τῶν ἐπιπόνων. Πρός δὲ τούτοις θαῤῥαλέος, ἀδεὴς, ὑποστατικὸς τῶν δοκούντων δεινῶν ἔιη ἄν. ἔτι δὲ ἐυεργετικὸς, Φιλάνθρωπος, χρηστὸς. τοῦ δὲ τοιούτου, τὶς ἄν ἑυρεθέιη ἄρχειν ἐπιτηδειότερος, ἤ δυνατώτερος; οὐδὲις, Ἂν δὲ μὴ ἔχῃ πολλοὺς τοὺς ὑπακούοντας καὶ πειθομένους ἀυτῷ, οὔπω διὰ τοῦτο τοῦ βασιλικὸς εἶναι ἐστέρηται. ἐξαρκεῖ γὰρ καὶ τὸ τῶν Φίλων ἄρχειν τῶν ὑπαρχόντων, ἤ γυναικὸς καὶ παίδων, ἤ καὶ νὴ Δία ἀυτόν ἀυτοῦ μόνου. Καὶ γὰρ ἰατρὸς ὀυδὲν ἧττον τοῦ θεραπέυοντος πολλοὺς ὁ θεραπέυων ὀλίγους, ἔγε ἔχοι τὴν ἐμπειρίαν τὴν ἰατρικὴν, καὶ μουσικὸς οὐδὲν ἧττον τοῦ διδάσκοντος πολλοὺς, ὁ δικάσκων ὀλίγους, ἔιγε ἔχοι τὴν μουσικὴν. καὶ ἱππικὸς ὁμοίως τῷ χρωμένῳ πολλοῖς ἵπποις ὁ χρώμενος ἑνὶ ἤ δυσὶν, ἄν γε ἐπιστήμων τῆς ἱππικῆς· ἦ καὶ δὴ καὶ βασιλικὸς παραπλησίως τῷ κεκτημένῳ πολλοὺς ὑπηκόους, ὁ ἔχων ἕνα ἤ δύο τοὺς πειθομένους ἀυτῷ. μόνον ἐχέτω τὴν τοῦ βασιλε-

λε-

λεύειν ἐμπειρίαν, ὥστε καὶ βασιλικὸς ἔιη ἄν. Διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ Σωκράτης τὴν Φιλοσοφίαν πολιτικήν τε καὶ βασιλικὴν ἐπιστήμην ὀνομάζειν, ὅτι ὁ ταύτην ἀναλαβὼν, ἐυθὺς πολιτικός ἐστι. Τοιαῦτα τοῦ Μουσωνίου εἰπόντος, ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις, χάριν τε ἔχειν ὡμολόγει τῶν εἰρημένων αὐτῷ. καὶ ἀντὶ τούτων ἔφη ἄιτησον ὅτι βούλει με. οὐ γὰρ ἄν ἀντέιποιμί σοι περὶ οὐδενὸς. Ὁ οὖν Μουσωνίος, ἀιτῶ σε, ἔφη, τούτοις στοιχεῖν καὶ ἕπεσθαι τοῖς λόγοις, οὓς ἐπαινεῖς. καὶ γὰρ ἐμοὶ οὕτω χαριεῖ μάλιστα, καὶ ὠφεληθήσῃ αὐτὸς οὐχ ἑτέρως μᾶλλον.

PHI-

PHILOSOPHUM NON POSSE AFFICI INJURIA.

Cap. IV.

(Ex Stobaeo Serm. 19. p. 169.)

Ὕβρεως δὲ γραφὴν, οὔτ' ἂν αὐτὸς, ἔφη, γράψεσθαί τινα ποτέ, οὔτ' ἂν ἑτέρῳ συμβουλεῦσαι οὐδενὶ τῶν φιλοσοφεῖν ἀξιούντων. Ἃ γὰρ πάσχοντές τινες ὑβρίζεσθαι δοκοῦσιν, τούτων οὐδὲν εἶναι ὕβριν, ἢ αἰσχύνην τοῖς πάσχουσιν. οἷον λοιδορηθῆναι, ἢ πληγῆναι, ἐμπτυσθῆναι, ὧν τὸ χαλεπώτατον πληγή. Ὡς δὲ οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε ὑβριστικὸν ἔχουσιν οὐδὲν, δηλοῦν Λακεδαιμονίων παῖδας δημοσίᾳ μαστιγουμένους, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἀγαλλομένους. ὁ δὲ φιλόσοφος εἰ μὴ δύναιτο καταφρονεῖν πληγῶν, ἢ λοιδορίας, τί ἂν ὄφελος αὐτοῦ εἴη, ὅν γε φαίνεσθαι δεῖ καὶ θανάτου καταφρονοῦντα; νὴ Δία, τοῦ δρῶντος αὐτὰ δεῖ, ἢ τὸ ἐπεγγε-

γελῶντα (ὑβρίζειν νομίζοντα) ῥαπίσαι, ἢ λοιδορῆσαι, ἤ τι τοιοῦτο ποιῆσαι. Δημοσθένης γοῦν καὶ τῷ βλέμματι ὑβρίζειν τινὰς καὶ ἀφόρητα εἶναι τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐξίστασθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπ' αὐτῶν. Ταῦτα δὲ οἱ μὲν τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν ὅ, τι τῇ ἀληθείᾳ ἐστὶν ἀγνοοῦντες, καὶ πρὸς τὴν δόξαν κεχηνότες, ταύτῃ ἢ ἐκείνῃ οἴεται, καὶ αὐτοὶ ὑβρίζεσθαι νομίζουσιν, εἴ τις ἢ προσβλέποι αὐτοὺς πικρότερον, ἢ καταγελῴη αὐτῶν, ἢ πλήττοι, ἢ λοιδοροίη. Ἀνὴρ δὲ εὖ φρονῶν καὶ νοῦν ἔχων, οἷον εἶναι δεῖ τὸν φιλόσοφον, ὑπὸ οὐδενὸς τούτων ταράττεται, οὐδ' οἴεται τὸ πάσχειν αὐτὰ αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ ποιεῖν μᾶλλον. Ἐπειδὴ ὁ μὲν ἁμαρτάνων εὐθὺς καὶ ἐν αἰσχύνῃ ἐστίν. ὁ δὲ πάσχων ὥσπερ οὐκ ἁμαρτάνει καθόσον πάσχει, οὕτως οὐδὲ ἐν αἰσχρῷ οὐδενὶ γίνεται ὅθεν οὐδ' ἐπὶ δίκας, οὐδ ἐπ' ἐγκλήματα εἰσέλθοι ἂν ὁ νοῦν ἔχων· ἐπείπερ οὐδ ὑβρίσθαι ἂν δόξειεν. Καὶ γὰρ μικρόψυχον τὸ ἀγανακτεῖν, ἢ ἐπιτείνεσθαι περὶ τῶν τοιούτων. πρᾴως δὲ καὶ ἡσύχως οἴσει τὸ συμβὰν, ἐπεὶ καὶ πρέπον τοῦτο τῷ βουλομένῳ εἶναι μεγαλόφρονι. Σωκράτης γοῦν οὕτω διακείμενος φανερὸς ἦν, ὅς δημοσίᾳ

λοι-

λοιδορηθεὶς ὑπ' Ἀριστοφάνους, οὐχ ὅπως ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ καὶ ἐντυχὼν ἠξίου αὐτὸν, ει καὶ πρὸς ἄλλό τί τοιοῦτον βούλοιτο χρῆσθαι αὐτῷ. Οὐ ταχύ γ' ἂν ἐκεῖνος ἐν ὀλίγοις λοιδορούμενος ἐχαλέπηνεν, ὅς οὐδὲ ἐν θεάτρῳ λοιδορηθεὶς ἠγανάκτει. Φωκίων δὲ ὁ χρηστὸς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προπηλακισθείσης πρὸς τινος, τοσοῦτον ἐδέησεν ἐγκαλεῖν τῷ προπηλακίσαντι, ὥστε ἐπεὶ δείσας ἐκεῖνος, προσῆλθέ τε καὶ συγγνώμην ἔχειν ἠξίου τὸν Φωκίωνα, φάσκων ἠγνοηκέναι ὅτι ἦν ἐκείνου γυνὴ, εις ἣν ἐπλημμέλει· ἀλλὰ ἥ γε ἐμὴ γυνὴ οὐδὲν, ἔφη, ὑπὸ σοῦ πέπονθεν, ἑτέρα δὲ τις ἴσως. ὥστε οὐδὲ χρὴ ἐμοί γε ἀπολογεῖσθαι. Καὶ ἄλλους δὲ παλαιοὺς ἄνδρας ἔχοιμ' ἂν λέγειν πειραθέντας ὕβρεως, τοὺς μὲν ἔκ τινων γλώσσῃ πλημμεληθέντας, τοὺς δὲ χερσὶν ὥστε αἰκισθῆναι τὸ σῶμα. καὶ οὔτε ἀμυναμένους φανῆναι τοὺς πλημμελήσαντας, οὔτε ἄλλον τρόπον ἐξελθόντας, ἀλλὰ πάνυ πρᾴως ἐνεγκόντας τὴν ἀδικίαν αὐτῶν. Καὶ γὰρ δὴ τὸ μὲν σκοπεῖν, ὅπως ἀντιδήξηταί τις τὸν δάκνοντα, καὶ ἀντιποιήσῃ κακῶς τὸν ὑπάρξαντα, θηρίων τινὸς οὐκ ἀνθρώπου ἐστὶν, ὅς οὐδὲ τοῦτο

λογίσασθαι δύναται, ὅτι τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτανομένων ὑπ' ἀγνοίας τε καὶ ἀμαθίας τοῖς ἀνθρώποις ἁμαρτάνεται, ὧν ὁ μεταδιδαχθεὶς, ἐυθὺς πάυεται. τὸ δὲ δέχεσθαι τὰς ἁμαρτίας μὴ ἀγρίως μηδὲ ἀνήμερον εἶναι τοῖς πλημμελήσασιν, ἀλλὰ τι μὲν εἶναι ἀυτοῖς ἐλπίδος χρηστῆς, ἡμέρου τρόπου καὶ φιλανθρώπου ἐστὶ. Πόσῳ δὲ κρεῖττον ὅυτως ἔχοντα φάινεσθαι τὸν φιλόσοφον, ὥστε συγγνώμης ἀξιοῦν, ἔιτις πλημμελήσειεν ἐις ἀυτὸν; ἤ δοκεῖν μὲν ἀμύνειν ἑαυτῷ δικαζόμενον καὶ ἐγκαλοῦντα, τῇ δὲ ἀληθείῃ ἀσχημονεῖν, ἀνακόλουθα τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις πράττοντα· ἔι γε λέγει μὲν, ὡς οὐκ ἄν ἀδικηθείη ποτὲ ἀγαθὸς ἀνὴρ ὑπὸ κακοῦ ἀνδρὸς· ἐγκαλεῖ δὲ ὡς ἀδικούμενος ὑπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ἀυτὸς ἀξιῶν ἀγαθὸς εἶναι.

EX-

EXSILIUM NON ESSE MALUM.

Cap. V.

(Ex Stobaeo Serm. 38. p. 234.)

Φυγάδος δέ τινος ὀδυρομένου, ὅτι φεύγει, οὕτω πως παρεμυθήσατο αὐτὸν. Φυγὴν γὰρ, ἔφη, πῶς ἄν τις μὴ ἀνόητος ὢν βαρύνοιτο; ἥ τις ὕδατος μὲν καὶ γῆς καὶ ἄερος, ἔτι δὲ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, οὐκ ἀπείργει ἡμᾶς οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπων ὁμιλίας. ἁπανταχοῦ γὰρ καὶ πάντη τούτων μετουσία ἐστὶν. ἐι δὲ μέρους τῆς γῆς τινὸς ἀφαιρούμεθα, καὶ τινων ἀνθρώπων συνουσίας, τί τοῦτο δεινὸν; οὐδὲ γάρ οἴκοι ὄντες, ἁπάσῃ τῇ γῇ ἐχρώμεθα, οὐδὲ ἀνθρώποις ἅπασι συνῆμεν. Τοῖς μέν τοι φίλοις καὶ νῦν συνείημεν ἄν, τοῖς γε ἀληθινοῖς, καὶ ὧν προσήκει ποιεῖσθαι τινα λόγον. οὐ γὰρ ἂν οὗτοι, προδοῖεν ποτὲ ἡμᾶς, οὐδὲ ἐγκαταλίποιεν. Ἐι δέ τινες πλαστοὶ καὶ οὐκ ἀληθινοὶ ἐι-

εἰσὶ, τούτων ἀπηλλάχθαι κρεῖττον, ἢ συνεῖναι αὐτοῖς. Τί δ' οὐχὶ κοινὴ πατρὶς ἀνθρώπων ἁπάντων ὁ κόσμος ἐστὶν, ὥσπερ ἠξίου Σωκράτης; ὥστε οὐ φεύγειν τῇ γε ἀληθείᾳ τὴν πατρίδα νομιστέον, ἂν ἀπέλθῃς ἐντεῦθεν ἔνθα ἔφυς τε, καὶ ἐτράφης. Πόλεως δὲ μόνον ἐστερῆσθαί τινος, ἄλλως τε κἂν, ἄξιός τις εἶναι ἐπιεικής. ὁ γὰρ τοιοῦτος χωρίον μὲν οὐδὲν οὔτε τιμᾷ, οὔτ' ἀτιμάζει οὕτως, ὡς εὐδαιμονίας αἴτιον. αὐτὸς δὲ ἐν αὑτῷ τίθεται τὸ πᾶν, καὶ νομίζει εἶναι πολίτης τοῦ Δίος πόλεως, ἣ συνέστηκεν ἐξ ἀνθρώπων καὶ θεῶν. Σύμφωνα δὲ τούτοιο λέγει καὶ Εὐριπίδης ἐν οἷς φησιν

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἐτῷ περάσιμος
Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἐν τῇ πατρίδι ὢν, καὶ ἑτέραν οἰκίαν οἰκῶν, οὐκ ἐν ᾗ ἐτέχθη, δεινοπαθοίη διὰ τοῦτο, καὶ ὀδύροιτο, μάταιος ἂν εἴη καὶ καταγέλαστος. οὕτω καὶ ὅστις ἑτέραν πόλιν οἰκῶν, οὐκ ἐν ᾗ τυγχάνει γεγονὼς, συμφορὰν ἡγεῖται, ὁ τοιοῦτος εἰκότως ἂν ἄφρων νομίζοιτο καὶ ἀνόητος. Καὶ μὴν

πρός

πρός γε τὴν ἐπιμέλειαν τὴν ἑαυτῶν, καὶ πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς, πῶς ἂν τὸ φεύγειν ἐνίσταιτο; ὁπότε γε μήτε μαθήσεως, μήτε ἀσκήσεως, καὶ ὧν χρὴ εἴργεταί τις διὰ τὴν φυγήν. πῶς μὲν οὐκ ἂν ἡ φυγὴ καὶ συνεργόιη πρὸς τὸ τοιοῦτον, παρέχουσα γε σχολὴν, καὶ ἐξουσίαν τοῦ μανθάνειν τὲ τά καλὰ, καὶ πράττειν μᾶλλον ἢ πρότερον; ἅτε μήδ' ὑπὸ πατρίδος τῆς δοκούσης περιελκομένοις εἰς ὑπηρεσίας πολιτικὰς μήτε ὑπὸ φίλων τῶν δοκούντων, ἢ συγγενῶν ἐνοχλουμένοις, οἵτινες ἐμποδίσαι δεινοὶ καὶ ἀποσπάσαι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω ὁρμῆς. ἤδη δέ τισι καὶ παντάπασι τὸ φεύγειν συνήνεγκεν, ὥσπερ Διογένει, ὃς ἐκ μὲν ἰδιώτου φιλόσοφος ἐγένετο φυγὼν. ἀντὶ δὲ τοῦ καθῆσθαι εἰς Σινώπην, διέτριψεν ἐν τῇ Ἑλλάδι. ἀσκήσει δὲ τῇ πρὸς ἀρετὴν, τῶν φιλοσόφων διήνεγκεν. Ἄλλοις δέ γε κακῶς τὰ σώματα διακειμένοις ὑπὸ μαλακίας καὶ τρυφῆς, ἔῤῥωσεν ἡ φυγὴ, βιασθεῖσιν ἀνδρικώτερον διαιτᾶσθαι. Καὶ ἴσμεν τινάς χρονίων νοσημάτων ἐν τῷ φεύγειν ἀπολυθέντας, ὥσπερ ἀμελεῖ Σπαρτιακὸς οὗτος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς ἀπὸ πολλοῦ ἔχων τὸ πλευρὸν κακῶς, κἀκ τούτου πολλάκις νοσῶν διὰ

 τὴν

τὴν Φυγὴν, ἐπειδὴ ἐπάυσατο τρυφῶν, ἐπάυσατο καὶ νοσηλευόμενος. ἄλλους δέ γε τῶν ἀβροδιάιτων ποδάγρας ἀπολυθῆναί φασι, πάνυ δή κατατεινομένους πρότερον ὑπὸ τούτου τοῦ πάθους, ὡς ἡ Φυγή σκληρότερον διαιτᾶσθαι συνεθίσασα, κατ' αυτὸ τοῦτο ὑγιεῖς γένεσθαι παρεσκέυασεν. Ὅυτως ἄρα τὸ διακεῖσθαι κρεῖττον ἑαυτοὺς ἑαυτῶν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν, συνεργεῖ μᾶλλον, ἤ ἀντιπράττει ἡ Φυγὴ.

Ἀλλ' οὐδ' ἀπορεῖν τῶν ἀναγκαίων πάντων ὑπάρχει τοῖς Φεύγουσιν. Ὅσοι μὲν γὰρ ἀργοὶ καὶ ἀμήχανοι, καὶ οὐχ οἷοί τε ἀνδρίζεσθαι, οὗτοι μὲν κἄν τῇ πατρίδι ὄντες, ἀποροῦσιν ὡς τὸ πολὺ καὶ ἀμηχανοῦσιν. οἱ δὲ γεννικοὶ καὶ Φιλόπονοι, καὶ συνετοὶ, κἂν ὁπόιποτε ἔλθωσιν, ἐυποροῦσι καὶ διάγουσιν ἀνενδεῶς. Καὶ γὰρ οὐδὲ δεόμεθα πολλῶν, ἄν μὴ βουλόμεθα τρυφᾷν

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυοῖν μόνον
Δήμητρος ἀκτῆς, ποματός θ' ὑδρηχόου.
Ἅπερ πάρεστι, καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν.

Ἐγὼ δὲ τούς γε λόγου ἀξίους ἄνδρας οὐ τῶν ἀναγκαιοτάτων μόνον πρὸς τόν βίον ῥᾳδίως ἄν ἐυπορεῖν

ρεῖν

Ἔστι *δὲ ἕτερος πόρος*, etc. Forte in iis quae praecesserunt, sed nunc desiderantur Musonius de aliis rationibus honeste et decore victus quaerendi disseruit; quemadmodum Aristoteles Politicôn *Lib.* I. 7. de variis acquirendi modis agit, ut de mercatura, de re facienda ex equis, bobus habendis, ex mellificio, ex agricultura aliisque, et quod quaestus genus sit praeferendum. Ita quoque *Oecon.* II. initio.

δεύ-

δεύτερον δὲ τὴν σατραπικήν. ἔστι δὲ ταύτης εἴδη ἐξ τῶν προσόδων, ἀπὸ γῆς, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἰδίων γενομένων, et paulo inferius κρατίστη μὲν πρόσοδος ἡ ἀπὸ γῆς γινομένη. Item Cicero *Off. lib.* I. *cap.* 42, eodem modo inquirit.

οὐδὲν τούτου κακίων. Cato *de Re Rust. in Praef.* ait: ex agricultura maxime pium quaestum sequi Cf. Plutarchus *in Vita ejus, C.* XXV. *p.* 283. (edit Stereot.)

ἔνιοί γε δὲ. Malim γε δή. Nonnulli saltem. Vid. Hogeveen, *in Doctr. Partic. in* γε δή.

ἀμείβεται γὰρ ἡ γῆ κάλλιστα καὶ δικαιότατα. Xenophon, *Oecon. C.* V. 12. ἔτι δὲ ἡ γῆ θέλουσα τοὺς δυναμένους καταμανθάνειν καὶ δικαιοσύνην διδάσκει. τοὺς γὰρ ἄριστα θεραπεύοντας αὐτὴν πλεῖστα ἀγαθὰ ἀντιποιεῖ. Aristotel. *Oecon.* I. 2. ἡ δὲ γεωργικὴ μάλιστα ὅτι δικαία. Philemon apud Stobaeum, p. 369. δικαιότατον κτῆμ᾽ ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός. Menander apud eundem, p. 373. πάνυ δικαίως ἀπέδωκ᾽ (ὁ ἀγρὸς) ὅσα ἂν καταβάλω. *In Eclog. Phys.* II. 7. *p.* 326. fructus ex agricultura δικαιοτάτους appellat. Plutarchus *in Philop. cap.* IV. *p.* 4. τὸν δὲ οἶκον ἀπὸ τῆς γεωργίας αὔξειν ἐπειρᾶτο δικαιοτάτῳ τῶν χρηματισμῶν. Virgilius, *Georg.* II. 459 et 460.

Agricolas quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum justissima tellus.

 οὖν.

οὖν. Gesnerus legit *οὐδὲν* vel *ὅτι οὖν* quod posterius praefero. Ceterum agricultura nihil dignius esse viro bono, consentit quoque Cicero, *Off. l.* I. *c.* 42. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero dignius. Columella *de Re Rust. in praefat.:* superest, ut dixi, unum genus liberale et ingenuum rei familiaris augendae, quod ex agricolatione contingit. Conf. Xenoph. *Oecon. c.* V. 1. Stobaeus, *Eclog.* II. 7. 326.

θεοφιλῆ τε καὶ μουσικόν. De poëtis a Musis amatis. Vid. Odyss. Θ vs. 65 et 474. Plutarchus, *de Sera Num. Vindicta p.* 560. Interfector Archilochi Callondas nomine *ἐκβληθεὶς τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκώς.* Dio Chrysost. p. 447. Or. 36. vocat poëtas *θείους καὶ μάθοντας ἐκ Μουσῶν..* Ceterum notissimum est, Hesiodum armenta paterna custodientem a Musis amatum esse.

διανοεῖσθαι τε καὶ ζητεῖν. Doctissimus J. Geel mavult *διανοεῖσθαι τι*, quod probo.

ἀπὸ γῆς, ἡ τροφός τε καὶ μήτηρ, etc. Xenophon. *Oecon. c.* V. 17. Agriculturam ait *τῶν ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφὸν εἶναι.* Aristot. *Oecon.* I. 2. II. *γεωργικὴ καὶ τῶν κατὰ φύσιν. φύσει γὰρ ἀπὸ τῆς μητρὸς ἡ τρόφη πᾶσιν ἐστὶν, ὥστε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῆς γῆς.* Nieuwland. Dion. Chrysost. putabat *ἑστίαν τὴν γῆν ἅπασαν, ἥπερ*

ἐστι

ἐστι κοινὴ τῶν ἀνθρώπων ἑστία καὶ τροφός. Orat. IV. p. 61.

καθῆσθαι ἐν πόλει, ὥσπερ οἱ σοφίσται. Saepissime *καθῆσθαι* usurpatur de sophistis docentibus et sedentibus, et discipulis, qui sedentes eos audiunt. Plato in Phaedro p. 1. *συχνὸν ἐκεῖ* (apud Lysiam sophistam) *διέτριψα χρόνον, καθήμενος ἐξ ἑωθινοῦ·* Epictetus II. 11. 29. *γέγονεν αἴτιον, σοὶ μὲν τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ἐμὲ καὶ καθῆσθαι νῦν ἀκούοντα* et III. 24, 3. *κἀκεῖνοι καθήμενοι (ἐν ταῖς σχολαῖς) τὰς ἐμὰς ἀρετὰς ἐξηγοῦνται.* Latinorum est *Sedere.* Seneca Ep. 49. Otiosus sederem, quaestiunculas ponens. In eadem Epist. modo apud philosophum Sotionem sedi. Ep. 108. Quid ergo? non novimus quosdam, qui multis apud philosophum annis persederint. — Ideo etiam philosophi sedentes a statuariis plerumque exhibebantur inter sedentes discipulos ut Pherecydes *καθήμενος ἐν Δήλῳ μετὰ τῶν μαθητῶν* Aelian. V. H. IV. 28. et apud Ciceronem *de Fin.* I. 11. statua in Ceramico Chrysippi sedentis porrecta manu.

τοῦ σκιατροφεῖσθαι τὸ ἔξω διαιτᾶσθαι. Quod hic Musonius de sophistis, hoc Xenophon *in Oecon. c.* 4. de operariis sedentariam vitam agentibus et cum agricolis comparatis dicit, *καταλυμαίνονται γὰρ,* inquit, *τὰ σώματα τῶν τε ἐργαζομένων, ἀναγκάζουσαι καθῆσθαι καὶ σκιατροφεῖσθαι.*

ὥστε Μύσωνα τὸν Χημαῖον. lege *Χηναῖον.* Plato *in Protagora, p.* 186. eum appellat *Μύσων ὁ Χηνεύς,* ut etiam Clemens. Alexandrinus Strom. lib. I. p. 219. Hunc Mysonem Chenensem Plato Periandro sub-

substituit inter septem sapientes. Vide Perizonium ad Aelian. V. H. l. III. 17. p. 203. Mentionem quoque de Mysone facit Maximus Tyrius. Disp. 15. initio. (Anacharsis) *περιῄει τὴν Ἑλλάδα ἐν κύκλῳ, ποθῶν ἰδεῖν σοφίαν στάσιμον καὶ ἑδραίαν — εὗρε δ' ἐν Χηναῖς σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι ἄνδρα ἀγαθὸν· ὄνομα ἦν αὐτῷ Μύσων· ἀγαθὸς δε ἦν ἄρα ὁ Μύσων οἶκον οἰκῆσαι καλῶς, καὶ γῆν τημελῆσαι δεξίως, καί γάμου προστῆναι σωφρονῶς, καὶ παῖδα ἐκθρέψαι γεννικῶς* etc.

Ψοφίδιον Ἀγλαόν. Plinius H. N. lib. VII. c. 46. in iis, quos dii felicissimos judicaverunt, recenset quoque Aglaum. Iterum, inquit, a Gyge tunc amplissimo terrarum consultum, Aglaum Psophidium esse feliciorem. Senior hic in angustissimo Arcadiae angulo parvum, sed annuis victibus large sufficiens praedium colebat, nunquam ex eo egressus: atque (ut vitae genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus. Valerius Max. lib. VII. c. 1. Cum Gyges regno Lydiae armis et divitiis abundantissimo inflatus Apollinem Pythium sciscitatum venisset, an aliquis mortalium se esset felicior: deus ex abdito sacrarii specu voce missa, Aglaum Psophidium ei praetulit etc. Cognomen autem habebat a Psophide, Arcadiae urbe.

καὶ αὐτουργίᾳ χρώμενον. i. e. operi rustico intentum sine opera servorum ut recte explicat Periz. ad Ael. V. H. I. 31. Hesychius *αὐτουργὸς* interpretatur per *ὁ δι' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος* qui ipse sine opera servo-

vorum colit agrum suum. Apud Thucydidem I. 141, Peloponnesii *ἀυτουργοὶ* dicuntur, quod Scholiastes explicat per *δι ἑαυτῶν τὴν γῆν ἐργαζόμενοι σπάνει δούλων,*

πολλῶν μὲν γὰρ λόγων, etc. Neoptolemus apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere Cic. Tusc. Quaest. II. 1. De Enniano illo vid. Vossius in Fragm. p, 57.

Φυσωμένους τοὺς σοφιστὰς, etc. Fastum istum ac superbiam sophistarum Socrates saepe retudit. vid. Plato in Sophista et Plutarchus in libello de genio Socratis.

ἀληθινῶν ἐραστῶν Φιλοσοφίας. ἀληθινὸς qui talis est, qualis esse debet, plus significat quam *ἀληθής*. Sic Plato de Rep. V. p. 200 *ἀληθινὸς φιλόσοφος* et VI. *Δειλῇ δὲ καὶ ἀνελευθέρῳ Φύσει Φιλοσοφίας ἀληθινῆς ὀυκ ἂν μετείη.* Xenophon. Anab. I. 9. (*Κῦρος στρατεύματι ἀληθινῷ ἐχρήσατο.* Plato in Polit. p. 208. *ἥγε ἀληθινοῦ βασιλέως βασιλική*, Clemens Alexand. Strom. VI. p. 496. *Φιλοσοφίας ἐστιν ἀλήθειά τις παρὰ τοὺς ἄλλους Φιλοσόφους· καὶ κάλλος ἀληθινὸν παρὰ τὸ δεδολωμένον.* Strom. I. p. 231. *τοὺς δὲ ἀληθινοὺς Φιλοσόφους τινας λέγεις.*

τῷ ἀπεῖναι τῶν ἀστυκῶν κακῶν. Hinc Timon apud Lucianum ait *τὸν ἀγρὸν Φιλοπόνως ἐπεργαζόμενος ὀυδὲν ὁρῶν τῶν ἐν ἄστει κακῶν.*

ἐπαινεῖ καὶ Θέογνις. Hi versus reperiuntur inter sententias Theogn. p, 5. vs. 31. ed. Sylburgii. Citantur quoque a Platone in Menone, c. XXXVI, p.

p. 267, ut etiam duo qui sequuntur, hoc tantum excepto quod loco *μαθήσεαι* legitur *διδάξεαι* et apud Xenoph. M. S. l. I. c. I. — Quanti autem intersit quibuscum verseris, docent multi veterum. Fuit sententia Solonis *μὴ κακοῖς ὁμίλει.* Diog. Laërt in Vita Sol. I. 60. Plutarchus de Liber. Educ. XVII. ed. Hutten. *καθόλου δὲ ἀπείργειν προσήκει τοὺς παῖδας τῆς πρὸς τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους συνουσίας. ἀποφέρονται γάρ τι τῆς τούτων κακίας.* Seneca, Ep. 94. Nulla res magis animis honesta induit dubiosque et in pravum inclinabiles revocat ad rectum quam bonorum virorum conversatio. Paulatim enim descendit in pectora et vim praeceptorum obtinet, frequenter audiri, frequenter adspici. Occursus mehercule ipse sapientium juvat, et est aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim, quemadmodum profit, sicut illud intelligam profuisse. Cf. Ep. 108. et de Ira III. Cum placidissimo et facillimo et minime obnoxio, morosoque vivendum est. Sumuntur enim a conversantibus mores, etc.

συγκαθέζοιτο. Theognis Sent. p. 43.

Κεκλῆσθαι δ' ἐς δαῖτα, παρέζεσθαι δὲ παρ' ἐσθλὸν
Ἄνδρα χρεὼν, σοφίην πᾶσαν ἐπιστάμενον,

Psalmus I. 1. *μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὀυκ ἐπορέυθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν ὀυκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν ὀυκ ἐκάθισεν.*

ὀυ γὰρ ἔοικεν. Attica suavitas pro: non vero est. Socratici valde amabant *δοκεῖν, ἐοικέναι, κινδυνέυειν,*

ἴσως

ἴσως et similia. Exempla ubivis obvia apud Xenoph. et Platonem.

LIB. I. CAP. III.

Τὰ δίκαια βραβεύειν, cet. Verbum βραβεύειν, quod proprium est judicibus, qui in ludis et certaminibus, victoriae palmam dignissimis adjudicabant, eleganter hic ad reges transfertur, qui juste et aeque agunt cum subjectis sibi. Vid. Hesychius in βραβεύει.

στασιάζουσι γοῦν καὶ etc. Plato in Alcibiade Priore c. VIII. τούτους οὖν φῶμεν ἐπίστασθαι (sc. τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον) περὶ ὧν οὕτω σφόδρα διαφέρονται, ὥστε ἀμφισβητοῦντες ἀλλήλοις, τὰ ἔσχατα σφᾶς αὐτοὺς ἐργάζονται. Cum Alcibiades se scire negaret, nec ab aliis potuisse discere, Socrates addit, πῶς οὖν εἰκός σε εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, περὶ ὧν οὕτω πλανᾷ.

οὔτε περὶ λευκῶν, etc. Simillimus est locus apud Epictetum II. 11. 9. Καὶ ὅς. ἀλλ' εἰ ἐζητοῦμεν, ἔφη, περὶ λευκῶν καὶ μελάνων, ποῖον ἂν κριτήριον παρεκαλοῦμεν πρὸς διάγνωσιν αὐτῶν; τὴν ὅρασιν ἔφη. Τί δὲ εἰ περὶ θερμῶν καὶ ψυχρῶν, καὶ σκληρῶν καὶ μαλακῶν, etc.

εἴγε τὸ φιλοσοφεῖν, etc. Seneca. Ep. Philosophia unde dicta sit, apparet, ipso enim nomine fatetur. Quidam enim sapientiam ita finiverunt, ut dicerent eam divinorum et humanorum scientiam. Qui-

dam

dam ita: sapientia est nosse divina et humana et horum causas. Alii studium virtutis illam esse dixerunt.

νόμον ἔμψυχον εἶναι, etc. Vid. Nieuwland in Diss. Sic Clemens Alexand. Strom. I. 268. ὅ τε Ἐλεάτης ξένος τὸν βασιλικὸν καὶ πολιτικὸν ἄνδρα νόμον ἔμψυχον ἀποφαίνεται. Vid. Suicerus in Thesauro Eccles. in voc. ἔμψυχος.

ὅτι πάντως καὶ βασιλεύς. In margine legitur βασιλικὸς, quod praeferendum videtur.

τίς δ' ἂν ἢ ἱκανώτερος, etc. Secundum illud celebratissimum Platonis dictum, beatas fore tunc demum respublicas, si philosophi eas regere coepissent. Plato de Rep. V. p. 197. quam sententiam repetit in Ep. ad Dionis amicos. Ep. 7.

πολλοὺς ὑπηκόους, ὁ ἔχων ἕνα ἢ δύο, etc. In his Musonius Socraticam disserendi rationem imitatus est Plato in Ἐραστ. c. VII. ὅστις δὲ ἕνα γιγνώσκει, καὶ πολλοὺς γνώσεται; Ναί. Καὶ ὅστις γε πολλοὺς ἀγνοεῖ, καὶ ἕνα; Φημί. Xenophon. M. S. III. 6, 14. Socrates ad Glauconem: sed quum urbs ex pluribus quam decem millibus domorum constet, difficile autem sit simul tot domorum curam gerere, cur non unam avunculi domum augere conatus es? κἂν μὲν τοῦτο δύνῃ, καὶ πλείοσιν ἐπιχειρήσεις. ἕνα δὲ μὴ δυνάμενος ὠφελῆσαι, πῶς ἂν πολλούς γε δυνηθείης; Similiter Dio Chrysost. de Regno LXII. p. 587. καὶ μὴν εἴ τις ἀνδρὸς ἑνὸς οὐχ οἷός τε ἄρχειν ἐστὶ, καὶ τούτου σφόδρα ἐγγὺς ὄντος, ᾧ δὴ ξυν-

ξυνέστιν, οὐδὲ ἂν μίαν ψυχὴν κατευθύνειν τὴν αὐτοῦ, πῶς ἂν δύναιτο βασιλεύειν μυριάδων ἀναριθμήτων πανταχοῦ διεσπαρμένων;

τὴν φιλοσοφίαν πολιτικήν, etc. Forte Musonius de hoc loco Platonis cogitavit Resp. V. 197. pag. ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸ ξυμπέσῃ δύναμις τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία.

LIB. I. CAP. IV.

λοιδορηθῆναι, ἢ πληγῆναι, ἐμπτυσθῆναι. Geelius doct. ante ἐμπτυσθῆναι excidisse conjicit ἢ, cui assentior. Verba ἐμπτύειν et προσπτύειν conspuere contumeliae causa saepius hac significatione occurrunt. Plutar. in Apophtegm. p. 189. ed. Hutten, cum Phocion ad mortem duceretur, illi σιωπῇ βαδίζοντι τῶν ἐχθρῶν τις ἐνέπτυσεν ἀπαντήσας εἰς τὸ πρόσωπον. Et in Vita Phocionis, c. XXXVI. οἱ δ' ἐχθροὶ κακῶς ἔλεγον παρατρέχοντες. εἷς δὲ καὶ προσέπτυσεν, etc. Lucianus Dial. M. in Dial. Menippi et Aeaci. Me. ἀλλὰ προσπτύξομαί γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι. Est Latinorum conspuere Plautus Curc. Act. IV. sc. 2. Culpant eum, conspuitur, vituperatur.

οὔτε ὑβριστικὸν ἔχουσιν, etc. Vel legendum puto ἔχει sc. πληγὴ vel addendum post ἔχουσιν αἱ πληγαί. Nam conspui, et conviciis lacessi apud Lacones non turpe habitum esse, nusquam apparet. Musonius,

p. 204. laudi tribuit Laconibus, quod consueverunt ferre famem, sitim, frigus, ἔτι δὲ πληγὰς καὶ πόνους ἄλλους, non vero quod aequo animo pati potuerunt, se conspui, etc. Cicero Tusc. Quaest. II. 19. Tune, cum pueros Lacedaemone — videris excipientes gravissimas plagas et ferentes silentio, si te forte dolor aliquis pervellerit exclamabis ut mulier? nec constanter et sedate feres? Ferri non potest: natura non patitur. Audio. *Pueri* ferunt, *gloria ducti* ferunt.

δηλοῦν Λακεδαιμονίων παῖδας, cet. Haec flagellatio διαμαστίγωσις dicta apud Lacedaemonios in usu fuit. Epict. Diss. Lib. I. 2. πληγαὶ οὐκ εἰσὶν ἀφόρητοι τῇ φύσει. τίνα τρόπον; ὅρα, πῶς Λακεδαιμόνιοι μαστιγοῦνται μαθόντες ὅτι εὔλογόν ἐστι. Cf. Seneca de Providentia, c. V. et Epistola XIII. Plutarchus in Instit. Lacon. p. 254. ed. Hutten.

νὴ δία τοῦ δρῶντος, etc. Locus, quemadmodum in vulgatis invenitur, nulli explicationi aptus, sed si legas, sicut Scovius in IV. Mss. reperit, et quam lectionem non dubitavit recipere, omnia recte se habent. νὴ Δία, ἀλλ' ἡ διάνοια τοῦ δρῶντος αὐτὰ δεινή, τὸ etc. pro quo antea vitiose legebatur. νὴ δία τοῦ δρῶντος αὐτὰ δεῖ, ἢ τὸ. Sensus itaque huc redit: At cogitatio facientis illa gravis, intolerabilis est, ut nempe irridens injuria afficiat, etc. Demosthenes saltem haec non ferenda cogitavit; dixit enim quosdam vultu laedere, etc. Sed Demosthenes non tanquam philosophus agit: nam verus philosophus his minime movetur. Propositae quaestioni sic

sic egregie respondetur. Jacobsius in Animadv. ad Stobaeum conjecerat: *ὅν γε φαίνεσθαι δεῖ καὶ θανάτου καταφρονοῦντα, ἥκιστα τὸν δρῶντα ἀντιδρᾷν, ἢ τὸν ἐπεγγελῶντα.* Philosophum enim par est injurias minime reddere, neque eum, qui contumeliae causa ei irriserit, verberibus afficere etc., quippe qui et ipsum mortis terrorem spernere et contemnere debeat. Ed. Scovii p. 369. Geelius ita sanare locum corruptum conatus est: *ὅν γε φαίνεσθαι δεῖ καὶ θανάτου καταφρονοῦντα, μήδὲ νὴ Δία τὸν δρῶντα αὐθαδῆ, ἢ τὸν ἐπεγγελῶντα, ὑβρίζειν νομίζοντα, ῥαπίσαι,* etc.

Δημοσθένης γοῦν. Subaudiendum *ἔφη, ἔλεγε.* Scovius p. 370. Locus ubi Demosthenes illud dixit invenitur in Oratione adversus Midiam, p. 395. ed. Wolfii. *τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ — ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.*

ταύτῃ ἢ ἐκείνῃ οἴεται. Quinque Mss. habent *οἴονται.* Scov. 370. qui ita quoque edidit, et recte.

οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἐγκλήματα εἰσέλθοι. Scovius in quatuor Mss. invenit *προσέλθοι* atque sic edidit p. 370. Utrumque recte se habet.

οὐδ᾽ οἴεται τὸ πάσχειν αὐτὰ αἰσχρὸν, etc. Socrates in Platonis Gorgia, c. XXIV, roganti Polo num mallet injuria affici an afficere, respondet: *εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν, ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν.* Aelianus V. H. II. 15. de Pho-

Phocione βούλομαι μᾶλλον τι ὑφ' ὑμῶν παθεῖν κακὸν αὐτὸς, ἢ αὐτός τι ὑμᾶς κακῶς δρᾶσαι.

καὶ γὰρ μικρόψυχον τὸ ἀγανακτεῖν. Plutarchus de Coh. Ira c. VIII. Qui irascitur οὐκ εὐγενὴς, οὐδ' ἀνδρώδης, οὐδ' ἔχων Φρόνημα καὶ μεγεθὸς ἐστιν. Menander Reliq. p. 212.

Τόδ' ὀξύθυμον τοῦτο, καὶ λίαν πικρὸν,
Δεῖγμ' ἐστιν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.

Ubi Cf. Clericus. Definitio, quam Aristoteles facit, μικροψυχίας, plane convenit cum hoc loco Musonii. Aristot. de Virt. et Vit. p. 295. ἔτι δὲ τοιουτὸς ἐστιν ὁ μικρόψυχος, οἷος πάντα τὰ ὀλιγωρήματα καλειν ὕβριν καὶ ἀτιμίαν, καὶ τά δι' ἄγνοιαν, ἢ λήθην γιγνόμενα.

Σωκράτης γοῦν, etc. De Socrate ab Aristophane publice in comoedia affecto contumelia vid. Aelianus V. H. l. II. 13. Plutarchus de Educ. Lib. c. XIV. Seneca de Tranquillitate Vitae, l. II. Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam, ut Socratis, qui comoediarum publicatos in se exspectatos sales in bonam partem accepit, risitque non minus, quam cum ab uxore Xantippe immunda aqua perfunderetur.

Φωκιὼν δὲ ὁ χρηστὸς, etc. De Cognomine Boni, vid. Staverenus ad Nepotem in Vita Cap. I. Duas habuit uxores Phocion, de quarum altera Plutar-

chus

chus in Vita Phocionis haec in cap. XIX. Initio τῆς δὲ δευτέρας οὐκ ἐλάττων ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ ἀφελείᾳ λόγος ἦν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἢ Φωκίωνος ἐπὶ χρηστότητι, etc. Hanc fuisse, de qua hic agitur, posteriorem illam Phocionis uxorem credo, quod narrante Plutarcho de priore nihil memorabile traditur. — Parum differt a responsione Phocionis quod Cato injurioso dixit. Seneca de Ira II. 32. Qui eum percusserat, postea satisfacienti, non memini, inquit, me percussum.

ἐμοί γε ἀπολογεῖσθαι. Gesnerus in margine ἐμοί σε ἀ. Quod Scovius in uno Cod. W. reperit. p. 371. retinuit vulgatam lectionem quam etiam praefero. Plato in Phaedone c. VIII. Sine pronomine addito: πειραθῶ πρὸς ὑμᾶς πιθανώτερον ἀπολογήσασθαι, ἢ πρὸς τοὺς δικαστὰς et sic cap. VII. in fine. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς λέγειν, ὅτι χρὴ ἀπολογήσασθαι.

καὶ ἄλλους δὲ πλαλαιούς. Quales e. g. fuerunt Lycurgus, Aristides, Antigonus, Diogenes Stoicus, Philippus aliique, quorum illustria exempla in ignoscendo iis, a quibus contumelia erant affecti, memoriae prodita sunt a Plutarcho in Vita Lycurgi, cap. XI. in Vita Aristidis, in libello de Cohibenda Ira IX., a Seneca de Ira III. c. 38. et a Plut. de Coh. Ira c. IX. adde quod Stobaeus p. 169. de Pittaco refert. Quem cum aliquis contumelia affecisset, tamen, quamvis puniendi potestatem haberet, injuriosum dimisit, dicens: συγγνώμη τιμω-

μωρίας ἀμείνων. τὸ μὲν γὰρ ἡμέρου φύσεως ἔστι, τὸ δὲ θηριώδους.

ὅπως ἀντιδήξηταί τις, etc. Plutarchus de Coh. Ira c. X. τὸ δ' ἐμφῦναι καὶ δακεῖν, μυρμηκῶδες καὶ μυῶδες. Epictetus l. II. 10, 14. Ἐι δ' ἀντὶ ἀνθρώπου, ἡμέρου ζώου, καὶ κοινωνικοῦ, θηρίον γέγονας βλαβερὸν, ἐπίβουλον, δηκτικὸν, οὐδὲν ἀπολώλεκας. Cf. Epict. IV. 1, 120, 122 et 127. Iste βλαπτόμενός ἐστιν, ὁ ἀντὶ ἀνθρώπου λύκος γινόμενος, ἢ ἔχις ἢ σφήξ.

ὅτι τὰ πολλὰ τ. α. ὑπ' ἀγνοίας. Stoice. Plerumque additur τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν ut Antoninus II. 1. ubi Gatakerus vid. et Epict. IV. 5, 22. Memorabilis est locus apud Xenoph. Cyr. III. 1, 38. Μή τι σὺ, ὦ Τιγράνη, ἔφη, ὅτι ἀπόκτείνει με, χαλεπανθῇς τῷ πατρί· οὐ γὰρ κακονοίᾳ τινὶ τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἀγνοίᾳ· ὁπόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἄνθρωποι ἐξαμαρτάνουσι, πάντα ἀκούσια ταῦτ ἐγὼ νομίζω.

μηδὲ ἀνήμερον. Scovius in omnibus Mss. legit ἀνήκεστον et sic edidit. p. 371. Forte itaque ἀνήμερον ad explicationem in margine positum in textum venit.

ἀλλά τι μὲν εἶναι αὐτοῖς ἐλπίδος χρηστῆς. Jacobsius V. Cl. ἀλλά τι δεικνύναι αὐτοῖς ἐλπίδος χρηστῆς. Sed ita nos gerere, ut intelligant, nos de eorum correctione nondum desperasse. In vulgata lectione membranae consentiunt. Scov. p. 371. Equidem non video cur a vulgata lectione recedendum sit, quum per

per se optimum sensum exhibeat: sed aliquid bonae spei esse iis.

συγγνώμης ἀξιοῦν. Seneca de Ira I. c. 14. Quanto humanius mitem et pacatum animum praestare peccantibus et illos non persequi, sed revocare. Errantem per agros ignoratione viae, melius est ad rectum iter admovere, quam expellere. Cf. de Ira II. 37. Aristoteles apud Stobaeum p. 3. *ἔστι δὲ ἀρετῆς τὸ μήτε κολαστικὸν εἶναι, μήτε τιμωρητικὸν, ἀλλὰ πρoσηνῆ, καὶ συγγνωμονικὸν.* Alioquin alienum erat a Stoicis, misereri et ignoscere. Vid. Lipsius in Introd. ad Phil. Stoicam. III. 19. et Gatak. ad Anton. I. 15. in voc. *συγγνωμονικὸν.*

ἀνακόλουθα. τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις. Seneca Ep. XX. Facere docet philosophia non dicere: et hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat, ne orationi vita dissentiat, ut ipsa inter se vita unius, sine actionum dissensione, coloris sit, Maximum hoc est et officium sapientiae et indicium, ut verbis opera concordent, ut et ipse ubique par sibi idemque sit. Epist. CVIII. Nullos autem pejus mereri de omnibus mortalibus judico, quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt, qui aliter vivunt, quam vivendum esse praecipiunt. — Plin. Ep. X. 66. commendat Archippum philosophum, bonum virum et professioni suae etiam moribus respondentem. Xenophon M. S. III. 9, 4. *ὁ Σωκράτης προσερωτώμενος ἐι τοὺς ἐπισταμένους μὲν ἃ δεῖ πράττειν, ποιοῦντας δὲ τἀναντία, σοφούς τε*

καὶ

καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι νομίζοι; οὐδέν γε μᾶλλον ἔφη, ἢ ἀκρατεῖς.

ὡς οὐκ ἂν ἀδικηθείη ποτε ἀγαθὸς ἀνὴρ, cet. Celebratum est dictum Socratis apud Platonem in Apologia c. XVIII. οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. Vid. Gatak ad Anton. p. 48. II. 1. Cf. Epict. Diss. I. 29, 18. et III. 23, 21. Dio Cassius, H. R. l. LXI. 15. in ore semper habuisse Thraseam ait ὁ μὲν Νέρων ἀποκτεῖναι με δυνάται, βλάψαι δὲ οὐ.

LIB. I. CAP. V.

Προδοεῖν ποτὲ ἡμᾶς, cet. Senec. Ep. IX. In quid amicum paro, ut habeam, pro quo mori possim, ut habeam, quem in exsilium sequar. Euripides in Oreste vs. 438.

> Ὄνομα γὰρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι
> Οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.

ἥλιον κ. τ. α. Quisquis secum cogitat Deum sibi consulere βλέπων τὸν ἥλιον, καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ γῆς ἀπολαύων καὶ θαλάσσης, ἔρημός ἐστιν οὐ μᾶλλον, ἢ καὶ ἀποβοήθητος. Epictetus III. 13, 16. Sol ipse etiam ἄστρον appellatur. Menandri Reliq. p. 100. τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν ἀστέρα. Ut Latinorum sidus. Seneca Consol. ad Marc c. XVIII. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis *uno sidere* om-

omnia impleri. Epict. Fragm. p. 108. *ἥλιος καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα.* Plato in Phaed. *καὶ δὴ καὶ περὶ ἡλίου οὕτω παρεσκευάσμην ὡσαύτως πευσόμενος καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων.*

ἐνδὲ ἀνθρώπων ὁμιλίας, etc. Epict. III. 24, 10. *ὁ κόσμος οὗτος μία πόλις ἐστὶ — πάντα δὲ Φίλων μεστὰ, πρῶτον μὲν Θεῶν, εἶτα καὶ ἀνθρώπων Φύσει πρὸς ἀλληλοὺς ὠκειωμένων.*

κοινὴ πατρὶς ἀνθρώπων, etc. De Socrate Epictetus I. 9. 1. *τί ἄλλο ἀπολέιπεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τό τοῦ Σωκράτους, μηδέποτε πρὸς τὸν πυθόμενον, ποταπός ἐστιν, εἶπειν, ὅτι Αθηναῖος, ἢ Κορίνθιος, ἀλλ' ὅτι Κόσμιος.* Seneca Ep. XXVIII. In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris: hospitalis tibi illa qualiscunque sedes erit: Magis quis veneris quam quo inter est, et ideo nulli loco addicere animum debemus. Cum hac persuasione vivendum: Non sum uni angulo natus: patria mea totus hic est mundus.

ἄξιος forsan *ἀξιοῖς.*

ἐπιεικής. Vox Stoicis propria Stob. Ecl. Eth. II. tom. p. 190. Etymol. Magni auctor ita explicat *παρὰ το ἔικειν καὶ ὑποχωρεῖν. καὶ γὰρ ὁι πραεῖς ὑποχωροῦσι, καὶ ὀυκ ἀντιτέινουσι.* Plerumque adhibetur de eo, qui facile ignoscit. Aristot. Eth. VI. 11. *τὸν γὰρ ἐπιεικῆ μάλιστα Φαμὲν συγγνωμονικὸν.*

 Por-

Porro de homine miti et moderato, et in universum probo.

ἐν αὐτῷ τίθεται πᾶν. Forte Musonius de Biantis dicto, quod omnia secum portaret, cogitavit. Cic. Paradox. I. aut Stilponis, de quo Seneca, Epist. IX. et de Constantia sapientis cap. V.

πολίτης τῆς τοῦ Διὸς πόλεως. Sic quoque Antoninus mundum vocat *Διὸς πόλιν*, IV. 23. et II. 16. Ubi Gatakerus haec; pulcherrime Stoici mundum cum urbe vel civitate comparant, in qua omnes homines instar civium, civitatis illius legibus per omnia agere deceat.

ἅπας μὲν ἀὴρ, cet. Inveniuntur in fragmentis Euripideis a Valckenario editis p. 270. Cf. et Lipsius ad Senecam Consol. ad Helviam, cap. IX. Ovidius hos versus Euripidis imitatus est. Fast. I. 493.

Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor
Ut volucri vacuo quidquid in orbe patet.

φεύγειν συνήνεγκεν, ὥσπερ Διογένει. Diog. Laërtius in Vita, VI. 49. *πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ τὴν φυγήν, Ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκεν, εἶπεν, ὦ κακόδαιμον, ἐφιλοσόφησα.* Plutarchus de Capienda Util. ex Host. p. 271. *ἔνιοι δὲ καὶ πατρίδος στέρησιν, καὶ χρημάτων ἀποβολὴν, ἐφόδιον σχολῆς ἐποιήσαντο καὶ φιλοσοφίας, ὡς Διογένης*, etc.

δι-

διακεῖσθαι κρεῖττον ἑαυτοὺς ἑαυτῶν. Accurate Plutarchus de Virtute Morali XI. Definit, quid significet et quid intersit inter κρεῖττων ἑαυτοῦ et ἥττων: ὁ μὲν, ait, τοῦ βελτίονος ὑπηκόῳ τῷ χείρονι χρώμενος, ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ καὶ κρείττων ἐστίν. ὁ δὲ τῷ ἀκολάστῳ καὶ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς ἑπόμενον περιορῶν καὶ ὑπηρετοῦν τὸ κρεῖττον, ἥττων ἑαυτοῦ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, καὶ παρὰ φύσιν διακείμενος.

ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, etc. Hi versus saepe a philosopho Chrysippo usurpati ab A Gellio Euripidi adscribuntur VII. 16. Gesnerus Menandrum auctorem habet. Non inveniuntur in Reliquiis Menandri. Barnesius eos retulit ad Euripidis Aeolum. Saltem Euripidis esse videntur. Vid. Musgrave ad Euripidis Fragmenta. — Seneca Ep. XXV. Panem et aquam natura desiderat. Nemo ad haec pauper est. Vid. ibi Lipsius, qui etiam horum versuum Euripidem putat auctorem esse.

χρήματα πολλάκις, etc. Aliquid requiritur. Gesnerus in margine addendum putat ὅδα, quod probo.

ὁ γοῦν Ὀδυσσεύς. Quemadmodum Ulysses post naufragium ad Phaeaces venerit ab iisque hospitio exceptus, in patriam redeundi cupidus, donis cumulatus fuerit, luculenter refert Homerus Odyss. Z.

τρεῖς ἔλαβε πόλεις δῶρον. Vid. Nepos in Vita Themist. X. et ibi interpretes.

ἀλλ'

ἀλλ' οὐδὲ κακοδοξεῖν, etc. Seneca Consol. ad Helviam XIII. Scio quosdam dicere contemtu nihil esse gravius, mortem ipsis potiorem videri. His ego respondebo, et exsilium saepe omni contemtione carere.

ἐκβάλλονται τῆς πάτριδος ἀδίκως. Egregie conveniunt quae Cicero ad Sextium suum exsulem scribit Ep. V, 17. Quamobrem omnibus officiis amicitiae diligenter a me sancteque servatis, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer, rogaremque, ut et hominem te, et virum esse meminisses, id est: ut communem incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque praestare ullo pacto potest, sapienter ferres: et dolori fortiter, ac fortunae resisteres: *cogitaresque et in nostra civitate, et in ceteris, quae rerum potitae sunt, multis fortissimis atque optimis viris injustis judiciis tales casus incidisse.*

Ἀριστείδης ὁ δίκαιος. Vid. Nepos et Plutarchus in Vita.

Ἑρμόδωρος. Hic Hermodorus fuit patria Ephesius. Vid. Strabo XIV. p. 441. ed. Casauboni. De eo Cicero Tusc. Quaest. V. 36. Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Universos, ait, Ephesios esse morte multandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: Nemo de nobis unus excellat: sin quis exstiterit, alio in loco et apud alios sit. Quod Musonius

nius hic ἤβηδὸν ἀπάγξασθαι et Strabo l. l. ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπαγξασθαι, etc. dicunt, pro eo Diog. Laërt. in Heraclito ἡβηδὸν ἀποθανεῖν usurpat. Sed eodem redit; nam ἀπάγχεσθαι non modo significat laqueo vitam finire, sed etiam quacunque ratione mori. Periz. ad Aelian. V. H. V. 8. Fuisse et Hermodori Ephesii in comitio, legum, quas Decemviri scribebant, interpretis, publice dicatam statuam, refert Plinius H. N. XXXIV. 5.

Κλέαρχος ὁ Α ὁ. μ. Ξέρξου. in margine Gesnerus recte Κύρου. Vid. Xenophon. Anab. l.

ἐν ῷ. Praep. abundat.

νὴ Δί' ἀλλ' Ἐυριπίδης. Locus exstat apud Eurip. in Phoeniss. vs. 394 et 395. Ubi vid. Valcken. et Scholiastes. Haec refutanda sibi sumserunt, ait Valckenarius, Musonius et Plutarchus de Exsilio. Eadem ratione Euripides in Ione vs. 685.

> Καθαρὰν χὰρ ἄν τις ἐις πόλιν πέσῃ ξένος
> Κᾄν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τὸ γε στόμα
> Δοῦλον πέπαται, κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.,

ἐιρηκέναι. Gesn. addit in margine εὖ. recte.

ὀυδὲν μᾶλλον. Haec cum sensu careant, sive potius sensum menti auctoris contrarium reddant Gesnerus pro μᾶλλον suspicatus est ἧττον legendum esse. Equidem corruptelam in voce θαῤῥῶν haerere putem, quod cum librarius in praecedenti linea scrip-

scripsisset, facile hic repetere potuit. Conatus sum igitur emendare διὸ καὶ λέγει ἃ Φρονεῖ ὀῤῥωδῶν ὀυδὲν μᾶλλον, etc. Eurip. Andromed. Fragm. XXI.

Τὰς συμΦορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
'Ου πώποθ' ὕβρισ', ἀυτὸς ὀῤῥωδῶν παθεῖν.

Quem locum laudat, ubi de verbo ὀῤῥωδεῖν docte disputat Valck. ad Ammon. I. p. 37. Explicat hoc verbum Moeris Atticista p. 286. per Φοβεῖσθαι ἢ ἀθυμεῖν et sic Moschopylus Π, Σ. p. 78. Jacobs annotationes in Stob. p. 249. — Equidem levi tantum mutatione facta legendum suspicor, quod Geelius conjecit legendo ita: διὸ καὶ λέγει, ἃ Φρονεῖ, θαῤῥῶν ὀυδὲν μᾶλλον, ὅταν ᾖ μὴ Φυγὰς, ἢ ὅταν Φεύγων τυχῇ.

ὅτε Διογένης Φεύγων ἦν 'Αθήνησιν, etc. Epictetus de Diogene III, 24, 66. πραθεὶς ὕστερον ἐν Κορίνθῳ διῆγεν ὅυτως, ὡς πρόσθεν ἐν 'Αθήναις, et 67. ὅυτως ἐλευθερία γίνεται. διὰ τοῦτο ἔλεγεν, ἐξ οὗ 'Αντισθένης μ' ἠλευθέρωσεν, ὀυκέτι ἐδούλευσα. Ubi vid. Upton.

ὃς καὶ Ξενιάδου, etc. Maxime conveniunt Epictetea. IV. 1, 116. πῶς ἐπράθη; μή τι κύριον ἐζήτει; ἀλλὰ δοῦλον. πῶς δὲ πραθεὶς ἀνεστέΦετο πρὸς τὸν δεσποτὴν; ἐυθὺς διελέγετο πρὸς ἀυτὸν, ὅτι ὀυχ ὅυτως ἐστολίσθαι δεῖ, ἀυτὸν, ὀυχ' ὅυτω κεκάρθαι. περὶ τῶν υἱῶν, πῶς δεῖ ἀυτοὺς διάγειν. Vid. ibi Uptonus. Cf. A. Gellius N. A. II. 18. ibique Gronov.

τὰ

τὰ πολλά. Gesnerus παλαιὰ in margine posuit et secundum hanc lectionem vertit. Forte legendum τοιαῦτα πολλά.

ἐι δ' οὖν καὶ στερίσκοι, cet. Seneca Cons. ad Helviam VIII. M. Brutus satis hoc putat, quod licet in exilium euntibus virtutes suas secum ferre. Haec etiam si quis singula parum judicat efficacia ad consolandum exsulem; utraque in unum collata fatebitur plurimum posse. Quantulum enim est quod perdidimus? duo quae pulcherrima sunt, quocunque nos moverimus, sequentur natura communis et propria virtus.

τῶν ἐλασάντων. In margine Gesn. ἐξελασάντων. Sic paulo supra ἐξηλάθησαν ὑπὸ τῶν πολίτων. Et haec vera lectio videtur.

ἐπιμελείας. In margine Gesn. ἐπικουρίας. Non necesse; nam ἐπιμελεία recte vertitur per auxilium et curam.

LIB. I. CAP. VI.

Τί ἂν ἐίη γήρως ἐφόδιον ἄριστον. Bias apud Diog. Laërt. I. 88. ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος ἐις γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν. Menand. Reliq. p. 218.

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, μακάριον γ' ἡ χρηστότης
Πρὸς πάντα, καὶ θαυμάστον ἐφόδιον βίῳ.

Ele-

Elegantissime Plutarchus de Educ. Lib. cap. XI. *καθάπερ οὖν ἐν εὐδίᾳ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα προσῆκε παρασκευάζειν, οὕτως ἐν νεότητι τὴν εὐταξίαν καὶ τὴν σωφροσύνην, ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθεσθαι.* Persius Sat. V. 64.

petite hinc juvenesque Senesque
Finem animo certum, miserisque viatica canis.

τὸ ζῆν ὁδῷ τῇ κατὰ φύσιν. Ὁδὸς hic est vox philosophica. Vid. Gatakerus ad Anton. p. 18. et Upton. ad Epict. I. 16, 18. de Stoïco illo placito vivere secundum naturam.

ὡς ὃν πρὸς ἡδονὴν γέγονεν. Antoninus VIII. 19. *Ἕκαστος πρὸς τὶ γέγονεν. ἵππος, ἄμπελος. Τι θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. Σὺ οὖν πρὸς τί γέγονας; πρὸς το ἥδεσθαι;* vid. hoc loco Gatak. et Upton. ad. Epict. I. 16.

οὐδὲ γὰρ ἵππος, οὐδὲ βοῦς. More Socratico haec animalia ad exemplum adhibet. Sic Socrates apud Platonem Amat. c. VII. *ει ἄρα ἵππος ὢν ἀγνοεῖ τοὺς πονηροὺς καὶ τοὺς χρηστούς, κἂν αὐτὸν ἀγνοεῖ ποιός τις ἐστί; Φημί. Καὶ ει βοῦς ὢν ἀγνοεῖ, τους πονηροὺς καὶ χρηστούς, κἂν αὐτὸς ἀγνοεῖ ποιὸς ἐστι; Ναὶ ἔφη. Ούτω ἐὰν ἄνθρωπος ὤν;* sic. de Rep. p. 13. etc. Imperabat Socrati Critias ut ab ejusmodi comparationibus abstineret. M. S. I. 2, 37, 38. Cicero de Fin. IV. 14. in omni animante est summum aliquid atque optimum, ut in equis, in canibus, — sic igitur in homine perfectio ista, in

eo

eo potissimum, quod est optimum, i. e. in virtute laudatur. Et V. 9. commune omnium animalium secundum naturam vivere, sed naturas esse diversas, ut aliud equo sit natura, aliud bovi, aliud homini, etc. Sic quoque Clemens Alexandrinus Strom. VIII. p. 552. ὡς χαρίεις ἐστὶν ἄνθρωπος, ἔστ' ἄνθρωπος ᾖ. καὶ ἐπὶ βοὸς καὶ ἵππου, καὶ κυνὸς ὁ αὐτὸς λόγος, παρὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ ζώου ἢ κακίαν. Eandem fere comparationem, quam Musonius, instituit Epict. IV. 1. 121. ἐπεὶ πότε ἄμπελος πράσσει κακῶς; ὅταν παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν πράσσῃ. πότ' ἀλεκτρυών; ὡσαύτως. οὐκοῦν καὶ ἄνθρωπος. Seneca Epist. XL. (quem locum miror a Wolfio ad Epict. l. l. esse neglectum, cum egregie emendationem ejus juvaret.) Nemo gloriari nisi in suo debet. Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa pondera ad terram, eorum quae tulit, adminiculo, deducit. Num quis hinc illam praeferet vitem, cui aureae uvae, aurea folia dependerent. *Propria virtus est in vite fertilitas, in homine quoque id laudandum est, quod ipsius est.*

ὀχεύων. Plerumque de animalibus, ut hic quoque usurpatur. Rarius de homine. Plato de Rep. V. p. 171. de viro utitur, sic et Anton. X. 19. οἷοι εἰσιν ἐσθίοντες, καθεύδοντες, ὀχεύοντες, cet. Epictetus Enchir. c. LXIII. ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν.

ἄνθρωπος μίμημα μὲν θέου. Seneca, de Prov. c. I. Inter bonos viros et Deum amicitia est, concilian-te virtute. Amicitiam dico? imo etiam necessitudo et similitudo — discipulus ejus, aemulatorque et vera progenies. Diog. Laërt. VI. 51. de Diogene τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγεν εἰκόνας εἶναι.

παραπλησίας ἔχει τὰς ἀρετάς. Cic. de Leg. I. 8. Virtus eadem in homine ac Deo est. Clem. Alex. II. 306. ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν θεῷ φίλος. ὅμοιος γάρ.

τοιοῦτον γὰρ ἐπινοοῦμεν τὸν θεόν. Ael. V. H. XII, 59. Pythagoras ait δύο ταῦτα ἐκ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδόσθαι κάλλιστα, τό τε ἀληθεύειν καὶ τὸ εὐεργετεῖν, ἐοικέναι δὲ τοῖς θεῶν ἔργοις ἑκατέρον. Cicero de Natura Deor. I. Quoniam plurima homini ab homine commoda vel incommoda solent oriri, et Dei proprium est vel servare vel benefacere; id circo qui in gravi periculo succurrit, quive ingenti quopiam afficit beneficio, quoniam Dei quasi vice fungitur, ei cui prodest Deus dicitur exstitisse. Τὸν θεὸν autem est supremum Deum, patrem deorum et hominum. Vid. Nieuwl. in Diss. Plato in Phaed. c. VIII. εὐλόγως ἔχει, τὸ θεόν τε εἶναι, τὸν ἐπιμελούμενον ἡμῶν, etc. Menand. Rel. 268. ὁ γὰρ Θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών ubi Clericus male *Deus aliquis* un Dieu.

οὕτως. In margine Gesnerus οὗτος, quod praefero.

τὴν

τὴν στέρησιν τῶν ἡδονῶν, etc. Sophocles jam senex quum rogaretur num rebus Venereis adhuc uteretur, *εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἐπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών.* Plato de Rep. I. p. 4. Cicero de Senectute XIV. hunc locum ita vertit: Sophocles quum ex eo quidam jam effecto aetate quaereret, utereturne rebus Venereis: Di meliora, inquit libenter vero instinc tanquam a domino agresti ac furioso profugi. Plutarchus de Cupid. Divit. p. 525 et Stobaeus p. 78. idem de Sophocle memoraverunt. Cicero de Senect. XIII. Quorsum igitur tam multa de voluptate? quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat.

ἀλύπως δ' ἔχοι τῇ παρούσῃ fortasse *τῆς παρούσης*. Quae sequuntur *καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πλησίον, οὔτε ἀμελούμενος ὑπὸ τῶν οἰκείων* ex Platone habet Musonius de Rep. I. p. 4.

ὃς μάλιστα θορυβεῖ τε καὶ πιέζει. Cicero de Senect. XIX. Quarta restat causa, quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a senectute non longe potest abesse.

παντὶ θνητῷ θάνατος ὀφείλεται. Demosthenis dictum apud Clementem Alexandrinum p. 252. petitum est ex Euripide in Alcestide vs. 426.

γίγνωσκε δὲ
Ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται.

sive potius ex versu 793.

ἀλλ' ἄκουέ μου
Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

eandem fere sententiam Eurip. in Androm. prope finem usurpat.

Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν
Ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν τ' ὀφείλεται.

πέρας δὲ καὶ, etc. Demosthenes pro Corona, p. 349. πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος.

τὸ ζῆν. Gesnerus recte τοῦ ζῆν.

τοῖς γέρουσι τὸν πλοῦτον κ. τ. π. α. ἀλύπως βιοῦν. Haec Musonius secundum Platonem de Rep. I. p. 5. καὶ εἶπον, ὦ Κέφαλε, οἶμαι σου τοὺς πολλοὺς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι. ἀλλ' ἡγεῖσθαι σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, ου διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. τοῖς γὰρ πλουσίοις πολλὰ παραμύθια φασιν εἶναι. Quae imitatus est Cicero de Sen. c. III. Sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes et copias et dignitatem tuam, tolerabiliorem senectutem videri: id autem non multis posse contingere.

LIB.

LIB. II. CAP. I.

Ἡ ἀρετὴ, ἔφη, ἐπιστήμη ἐστὶν. Multum philosophi inter se disputaverunt utrum virtus doceri posset nec ne. Plato Menonem ita inducit rogantem: ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, ἢ οὐ διδακτὸν, ἀλλ' ἀσκητὸν, ἢ οὔτε ἀσκητὸν, οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ. Cf. Plato in Protagora, p. 157. et porro. Aeschines Socraticus init: ἆρα διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ, etc. Vid. et Plutarchus in libello, cui titulus: ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ. Musonius itaque ad eos pertinet, qui statuerunt virtutem doceri posse.

καὶ τὰ θεωρήματα. Gesnerus in margine κατὰ θεωρήματα, quae est vera lectio.

ἐπὶ μὲν τὰς ἄλλας τέχνας εἶναι. In margine Gesnerus pro εἶναι legendum censet ἔρχονται, quod vel huic simile aliquod verbum sensus postulat.

τοῦ μὲν κρείττονος μᾶλλον, etc. Cicero de Finibus, V. 11. Quibus expositis, facilis est conjectura, ea maxime esse expetenda ex nostris, quae plurimum habent dignitatis; ut optimae cujusque partis, quae per se expetatur, virtus sit expetenda maxime. Ita fiet ut animi virtus corporis virtuti anteponatur.

μὴ ἀληθῶν ἐθίζεσθαι. Pro *ἀληθῶν* legendum sine dubio *ἀληθῶς* sc. *ὄντων ἀγαθῶν.*

γεγονυῖαν ἡμῖν. Malim *συγγεγονυῖαν ἡμῖν.*

προσέρχεσθαι ἑαυτοῖς pro *ἡμῖν.* Hoc reciprocum de omni persona adhiberi; notissimum. Vid. praeter alios Perizonius ad Ael. V. H. I. 21.

πεφρίκαμεν. Etymol. Magn. p. 88. *φρίσσειν κυρίως ἐξορθοῦν τὰς τρίχας.* Lucianus Paras. p. 284. de apro *ὄυτε σῦς ἀυτὸν ἐκπλήττει πεφρικὼς* setis horrescens, horrida. Clemens Alexand. Paed. III. 167. *φρίσσοντας κάπρους τὴν τρίχα δεδόικασι κυνηγόι.* Latin. est *horrere.* Ovid. Metam. VIII. 428. Protinus exuvias rigidis horrentia setis Terga dat. Cf. XIII. 846. Plerumque de metu vehementiore usurpatur. Demosth. pro Corona prope finem. *τῆς πόλεως ἀγαθῶν πεφρικὼς ἀκούω.* Plutarchus de audiendis poëtis, c. XII. *φριττόντων δὲ τὸν θάνατον καὶ τὸν πόνον.* Et de Educ. lib. cap. XII. *ἀποναρκῶσι γὰρ καὶ φρίττουσι πρὸς τοὺς πόνους, τὰ μὲν διὰ τὰς ἀλγήδονας τῶν πληγῶν.*

ὑπολήψεσι. Vox Philosophica. Vid. Gatakerus ad Anton. II. 15.

LIB. II. CAP. II.

Ταῦτα λελογίσθαι χρήσιμα. Hic omissum arbitror *ἔφη* sive *ἔλεγε*

καὶ

καὶ ὅτι οὗτοι.. Addendum videtur *δῆλον* sive *φανερὸν.*

ἡμᾶς δὲ ὑπὲρ καλοκαγαθίας. Dio Chrys. Orat. VIII. p. 133. *ὁ δὲ ἀνὴρ γενναῖος ἡγεῖται τοὺς πόνους ἀνταγωνιστὰς μεγίστους καὶ τούτοις ἀεὶ φιλεῖ μάχεσθαι καὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν. οὐχ ὑπὲρ σελίνου, ὥσπερ αἱ γυναῖκες, οὐδὲ κοτίνου καὶ πίτυος, ἀλλὰ ὑπὲρ εὐδαιμονίας καὶ ἀρετῆς παρὰ πάντα τὸν βίον.* Seneca Ep. XXVIII. Athletae quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? Ferunt tamen omne tormentum gloriae cupiditate. Nos quoque evincamus omnia, quorum praemium non corona nec palma est sed virtus et firmitas animi.

τοῦτο σκοπεῖν. Ut singulae hujus sententiae partes magis conveniant, Geelius conjecit legendum esse *τὸ* pro *τοῦτο*. Forte *τοῦτο* hoc dictum, hanc sententiam (poëtae cujusdam) nam quae sequuntur efficiunt Jambicum senarium.

οἷς ἐλπίδες μικραὶ πόνων. Gesnerus: magna praemia sperant. Vertit itaque, quasi in textu esset *μεγαλαὶ* pro *μικραὶ*. Et sane sic sensus requirere videtur. Forte *μικραὶ* mutandum in *μακραὶ*, quibus spes longae laborum, qui non ad breve tempus, sed per totam vitam praemia laborum suorum accipiunt. Apud Platonem de Rep. II. p. 52. *μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς (ἀρετῆς)* i. e. praemia longioris temporis. Nec male omnia consentire arbitror, si statuatur ellipsis conjunctionis *ἢ*, ut sen-

 sus

sus huc redeat: Absurdissimum est eos, qui majora affectent, non multo alacriores esse ad laborem, quam quibus exiguae sint spes, etc.

θαυματοποιοὶ. Latine *praestigiatores*. Ita dicti sunt, quia praestigiis suis admirationem movebant spectantibus. Hi ludicrarum artium artifices fuerunt varii generis ut mimi, archimimi, cybistetae, petauristae, funambuli, petaminarii, neurospastae, aliique plures. Vid. Casaubonus in Comm. ad Theophr. c. VI. Plerumque in scena aut in foro artes suas ostendere consueverant praestigiatores isti. Vid. Juncus apud Stobaeum, p. 597.

οἱ μὲν εἰς μαχαίρας κυβιστῶντες. Xenoph. Conv. II. 11. Μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. Ἐις οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ, ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν. Ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο, μήτι πάθῃ, etc. Athenaeus Deipn. IV. p. 129. θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, mulieres praestigiatrices in caput se provolventes per erectos pugionum mucrones.

ὥσπερ ὄρνεα πετόμενοι. Sunt *Petauristae*, qui artem suam exercentes instar avium volare videntur, ita dicti a Petauro instrumento in quo agilitatem monstrare solebant praestigiatores. Martial. Ep. II. 86.

Quid si per graciles vias petauri
Invitum jubeas subire Ladam.

Et

Et Manilius l. V. 434.

Corpora quae valido saliunt excussa petauro.

Ubi Scaliger haec de petauro: Rota in sublimi posita a duobus versabatur. Alter superne, alter inferne nitebatur. Ita fiebat ut alternis dejecti nunc penderent, nunc erecti sederent. — Quodnam tamen instrumentum fuerit non satis constat. Nomen autem habent, quod in aëre volent, ut Aelius Stilo existimat, cum ait: Petauristae proprie Graece, quod ii πρὸς ἀέρα πέλονται. (Mallem πέτονται.) Festus in V. Petauristae.

μικροῦ χάριν μισθοῦ. Seneca de Ira II. 12. Quid magnificum consequitur ille, qui meditatus est per intensos funes currere — et tamen ad finem operis non magno auctoramento (μικροῦ χάριν μισθοῦ) labor pervenit. Clem. Alexand. Strom. VII. p. 530. θαυματοποιοὺς κακοτεχνοῦντας ἐπὶ λυπρῷ τῷ μισθῷ.

ὄρτυγες καὶ ἀλεκτρυόνες. Fuerunt ludi solennes apud Graecos, in quibus coturnices inter se ad certamen committebantur. Vid. Pollux. Onom. in voc. ὀρτυγόφορος (lege ὀρτυγότροφος) VII. 28. Quod institutum a Themistocle originem traxit. Non a loco, de quo hic agitur, alienum est quod Lucianus de Gymn. καὶ τοι τί ἂν πάθοις, ἐι θεάσαιο καὶ ὀρτύγων, καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν (apud Athenienses) καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις ὀυ μικρὰν; καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ ἀυτὸ δρῶμεν, καὶ προσ-

 τέ

τέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως.

ἀρετῆς ἐπαΐοντες. Hoc verbum ea significatione, qua hic occurrit, admodum familiare Platoni. Apol. S. c. III. Crit. VIII. de Rep. X. p. 354 et 355. et in sexcentis aliis locis.

πόνου μὴ καταφρονεῖν. Gesnerus in margine μὴ al. non legitur. Sed additum aut omissum eodem fere redit; sive enim addas, sensus est: laborem non esse contemnendum, quasi res sit vilioris couditionis et non multum valeat ad virtutem comparandam; seu omittas, significatur: laborem esse contemnendum, atque ita facile vinci posse, ne taedio ejus virtutem adipisci prohibearis; qua significatione Dio Chrys. Or. VIII. p. 133. ἐὰν μὲν τις τοὺς πόνους δέχηται καταφρονῶν, καὶ πλησιάζῃ προθύμως, οὐ πάνυ ἰσχύουσι πρὸς αὐτὸν.

LIB. II. CAP. III.

Ἀνωδύνῳ ὄντι ποιεῖν. Corrupta sunt. Fortasse est inscriptio seu titulus sequentis disputationis et legendum ἀνώδυνόν τι ποιεῖ quid aliquem doloris expertem faciat. Similis est inscriptio apud Maximum Tyrium Sermo VIII. πῶς ἂν τις ἄλυπος εἴη.

αὐτὰ τὰ πράγματα ἔχοι τι δύσκολον. Juncus apud Stobaeum p. 596. eadem ratione disserit. Seneca Ep. XVII. in fine. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem gravem fecerat, et divitias graves fecit. Quemadmodum nihil refert, utrum aegrum in ligneo lecto an in aureo colloces: quocunque illum transtuleris, morbum suum secum transfert, sic nihil refert, utrum animus aeger in divitiis an in paupertate ponatur. Malum suum illum sequitur.

πάρῃ εὐκολίᾳ καὶ, etc. De hac *ἀπαθείᾳ* Stoicorum vid. Lipsius in Manud. ad Phil. Stoicam, Diss. VII. — Dio Chrys. Or. XIII. p. 219. *τὸ φεύγειν, καὶ τὸ πένεσθαι, καὶ γῆρας δὴ καὶ νόσος, και πάντα τοιᾶυτα, τοῖς μὲν βαρέα φανεῖται καὶ χαλεπά. τοῖς δὲ ἐλαφρά τε καὶ ἔυκολα.*

ὀυκ ἀηδῶς γὰρ Ξενοφῶν. Suspicor Musonium ad illud Xenophonteum in Convivio allusisse, p. 699. ed. Leuncl. *ὄιδα δὲ καὶ ἀδελφοὺς, ὀι τὰ ἴσα λαχόντες, ὁ μὲν ἀυτῶν τ᾽ ἀρκοῦντα ἔχει καὶ περισσέυοντα τὰ τῆς δαπάνης, ὁ δὲ τοῦ παντὸς ἐνδεῖται.*

κύπρου ἡ κοτύλη. Vid. Pollux in Onom. Tom. I. p. 630.

ἐις τὰ ἔρια, i. e. ad officinas ubi venduntur lanae ut seq. *ἐις τοὺς θέρμους, ἐις τὰς ἰσχάδας.* Sic Theophrastus c. XI. *καὶ πληθόυσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα*, quod Meursius de Ceramico recte interpretatur de

ea

ea parte fori, ubi nuces venales erant. Xenophon Hell. ἐις τὸν σίδηρον. III. 3. 7. Antiphanes apud Athen. VII. ἐν τοῖς ἰχθύσι in foro piscatorio. Attici inprimis usurparunt res, pro locis, ubi venales exstabant. Vid. Graevius, Lect. Hesiod. p. 98. et Pierson ad Moerid. Attic. p. 351.

τὸ πρόβατον. Hic accipio pro vellere ovis.

ἐὰν μὲν γὰρ τις ὅυτως ζήσῃ. Supple πολυτελῆς. Quemadmodum etiam in sua editione addidit Scovius uncis inclusum.

τῶν δὲ μύρτων, etc. Hunc fructum ad viliores cibos pertinusse luculenter patet ex Plat. Rep. p. 63.

καὶ ἔτι ἔχει. Gesnerus καὶ τί ἔχει in margine et ita edidit Scovius, p. 41.

ἄτυφοι γενόμενοι καὶ αἰτῆσαι. Doctissimus Geelius pro αἰτῆσαι legendum conjecit ἐσθῆτι. Xenophon. M. S I. 2, 5. de Socrate ἀλλ' ὀυ μὴν θρυπτικός γε, ὀυδὲ ἀλαζονικὸς ἦν, οὔτ' ἀμπεχόνῃ, ὀυθ', ὑποδέσει, ὀύτε τῇ ἄλλῃ διάιτῃ eadem fere dicit, quae hic Musonius de Crate et Diogene. At vero quum omnes Mss. habeant αἰτῆσαι et constet Diogenem saepe rogavisse obvios stipem; ut Diog. Laërt. in Vita VI. 67, p. 546. Διογένης ἄσωτον ᾔτει μνᾶν. πυθομένου δὲ διὰ τί τοὺς μὲν ἄλλους ὀβολὸν αἰτεῖ, etc. Et VI. 49. αἰτῶν τινα (καὶ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐποίησε διὰ τὴν ἀπορίαν) ἔφη, ἐι μὲν καὶ ἄλλῳ δέδωκας, δὸς καὶ ἐμοὶ, conjicio equidem una tantum li-

literula mutata legendum esse ἀιτηταὶ mendici stipem rogantes.

στήσεις τρόπαιον κατὰ πενίας. Plutarchus de Coh. Ira ἐν ψύχῃ στῆσαι κατὰ θυμοῦ τρόπαιον μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικῆς ἰσχύος.

ἐπεὶ. Gesnerus in margine forte ἐπὶ. pro ἐπεὶ τοῦδε Scovius edidit ἐπεὶ τόδε duce Cod. W. quod praefereudum.

καὶ ἐὰν μὲν ἐκποιῇ, etc. Abrupta sunt: praecesserunt forte nonnulla a compilatore omissa. Scov. p. 41. Deest ita dicta ἀπόδοσις, quae priori membro respondeat et subintelligendum εὖ ἔστι sive καλῶς ἔχει. Plato in Symp. p. 227. in fine ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγω λέγω, ἐὰν μὲν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρόνον πάυεσθαι ἡ λύγξ. ἐι δὲ μὴ ὕδατι ἀνακογχυλίασον. Ubi similiter ante ἐι δὲ μὴ intelligatur καλῶς ἔχει. Vid. Ernesti ad Xenoph. M. S. III. 1. 9. et Heynius ad Homeri, Il. A. 135 et 136. — Eodem modo Epictetus victu carentibus voluntaria morte vita decedere suadet. IV. 10. ἀλλ' ὀυχ ἕξω φαγεῖν, ἐι ὅυτω τάλας ἐιμὶ, λιμὴν τὸ ἀποθανεῖν. Seneca Ep. XCI. In eum mundum intravimus, in quo his legibus vivitur. Placet? pare. Non placet, quacunque vis, exi. et Ep. LXX. Hoc est unum, cur de vita non possimus queri. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi suo vitio miser est. Placet? vive. Non placet? licet eo reverti, unde venisti.

ῥαδίως

ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως. Sic Saepe vitam hominum comparavit Epictetus II. 14, 23. *τοιαῦτά ἐστι τὰ ἡμέτερα, ὡς ἐν πανηγύρει*, et 28, *καὶ λοιπὸν (οἱ ὀλίγοι) τούτῳ μόνῳ σχολάζουσι, τῷ τὴν πανήγυριν ἱστορήσαντας ἀπελθεῖν*, et III. 5, 10, *νῦν με θέλεις ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πανηγύρεως; ἄπειμι.* Cf. IV. 1. 105.

καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας. Cum inhabitatione haec vita saepissime est comparata. Epict. I. 9. *ὀλίγος ἄρα χρόνος οὗτος ὁ τῆς οἰκήσεως.* Notum est illud Gorgiae, apud Stob. p. 600. Rogatus num lubenter moreretur, respondit, se tanquam *ἐκ σαπροῦ καὶ ῥέοντος οἰκιδίου ἀσμένως ἀπαλλάττεσθαι.*

ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις, etc. Plato in Axiocho p. 199. *εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν. πολλάκις δὲ ἄμφω. κἂν ἐπιμένῃ τὶς, παρέλυσεν.* Epictetus IV. 1. 10. *Ἐπὶ τι οὖν εἴληφα ταῦτα; χρησόμενος. Μέχρι τίνος; μέχρι ἂν ὁ χρήσας θέλῃ.* Quousque? dum is qui utenda dedit, voluerit. Cicero Tusc. Quaest. I. 39. Pellantur ergo ineptiae paene aniles ante tempus mori miserum Quod tandem tempus? naturaene? at ea quidem dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die, quid est igitur quod querare, si repetit, cum vult? ea enim conditione acceperas. Seneca Ep. XC. Magnus animus sibi conscius melio-

lioris naturae, dat quidem operam ut in hac statione, qua positus est, honeste se atque industrie gerat. Ceterum nihil horum, quae circa ipsum sunt, suum judicat, sed ut *commodatis* utitur, peregrinus et peragrans. Epict. Fragm. XCVII. ed. Schweigh. — Amare corpus natura mihi dedit, sed eadem dicit *ἄφες αὐτὸ ἤδη καὶ μηκέτι πρᾶγμα ἔχε.* Cf. Epict. Encher. c. XV. Plutarchus Consol. ad Apoll. p. 309. *ὃ (τὸ ζῆν) καὶ εὐκόλως καταβλητέον καὶ ἀστενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ.*

ἐκ συμποσίου ἀπαλλάττομαι, etc. Cum convivio comparat vitam. Sic Epictetus II, 16. *ᾧ γὰρ ἔξεστιν, ὅταν θέλῃ, ἐξελθεῖν τοῦ συμποσίου, καὶ μηκέτι παίζειν, ἔτι οὗτος ἀνιᾶται μένων, οὐχὶ δὲ ὡς παιδία παραμένει, μέχρις ἂν ψυχαγωγῆται.* Et I. 1. 32. *νῦν ἀριστῶ, τῆς ὥρας ἐλθούσης, εἶτα τότε τεθνήξομαι.* Aelianus V. H. IV. 23. de Pericle, Callia, et Nicia. *ἐπεὶ ἐπέλιπε τὰ χρήματα αὐτοῖς, οἱ τρεῖς κώνειον, τελευταίαν πρόποσιν ἀλλήλοις προπίοντες, ὡσπεροῦν ἐκ συμποσίου ἀνέλυσαν.* Horat. Satyr. I. 1.

Rarus qui exacto contentus tempore vitae
Cedit uti conviva satur.

ἔμβα πορθμίδος ἔρυμα. Sunt corrupta. Legendum esse conjicio *ἔμβας πορθμίδος ἤρεμα*, sive potius *πορθμίδι.* Scapham ingrediens sine timore, voluntarius, non coactus. Ut Propert de se. IV. 11. 95.

95. — Mihi cymba volenti solvitur. Sic omnia egregie cohaerent. Plato de Socrate in pugna apud Potidaeam ait in Conv. p. 279. *ἤρεμα παρασκοπῶν καὶ τοὺς φίλους καὶ τοὺς πολεμίους*, i. e. tranquillo et intrepido animo. Hesychius ita explicat *ἠρέμα, ἀτρέμα, ἡσύχως, σχολάιως*. — Contrarium *τῷ ἠρέμα ἐμβάντι* est quod dicit Antiphanes apud Stobaeum, p. 608.

—— οὐδεὶς πώποτε
Ὦ δέσποτ', ἀπέθαν', ἀποθανεῖν πρόθυμος ὤν,
Τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους
Ἄκοντας ὁ Χάρων, ἐπὶ τὸ πορθμεῖον τ' ἄγει.

Ut recte Valckenarius ad Eurip. Fragm. p. 280. emendavit postrema pro *τόπον θεῖον τ' ἄγει*, ut ante legebatur. Cicero Tusc. Quaest. I. 49. Nos vero, si quid tale acciderit ut a Deo denuntiatum videatur ut exeamus e vita, *laeti et agentes gratias pareamus.*

ὥσπερ ἀγαθὸς ὑποκριτής, etc. Epict. IV. 1. *καὶ γὰρ ὁ ἀγαθὸς ὑποκριτὴς παυόμενος ὅτε δεῖ σώζεται μᾶλλον, ἢ ὑποκρινόμενος παρὰ καίρον.* Cicero de Fin. I. 15. Si tolerabiles sint (dolores) feramus, sin minus aequo animo e vita, cum ea non placuerit, tanquam e theatro, exeamus. Seneca Ep. LXXVII. Quomodo fabula sic vita non quamdiu sed quam bene acta sit refert, nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. Quocunque voles desine: tantum bonam clausulam impone.

καὶ

καὶ ὥσπερ ἱμάτιον τρίβωνα, etc. Epict. I. 25. 21. καὶ τὸ τελευταῖον χιτωνάριον τοῦτ' ἔστι τὸ σωμάτιον, et vs. 30. τὸ ἱμάτιον λάβε, περίσχισον. Ubi vid. Upton.

καθάπερ καὶ Σωκράτης. De Socrate mortem contemnente vid. praeter Platonem in Critone et Phaedone, Epictetus IV. 1. 165. et quae ibi congessit Uptonus.

τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως ἐτιμήσατο. Gesnerus male vertit: sed multatus est Prytanei demenso. Immo: se dignum aestimavit qui in Prytaneo aleretur. Musonius haec ex Platonis Apol. c. XXVI. εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τούτου τιμῶμαι, τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. Cicero de Orat. I. 54. Interrogatus Socrates quam quasi aestimationem commeruisse se maxime confiteretur, respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur et ut ei victus quotidianus in Prytaneo praeberetur.

τῇ πρώτῃ ἔπιεν. In Platonis Phaedone c. LXV. Socrates de iis, qui venenum hausturi moram aliquam ac dilationem quaerebant: εἰκότως τοῦτο ποιοῦσι, κερδανεῖν γὰρ οἴονται, καὶ ἔγωγε εἰκότως οὐ ποιήσω. οὐδὲν γὰρ οἶμαι κερδαίνειν, ὀλίγον ὕστερον πιών.

παρατηρεῖν εἰ ἔστιν ἥλιος, etc. Haec Musonius ex Phaedone Platonis cap. LXV, ubi Crito Socrati

 di-

dicit : ἀλλ' οἶμαι, ὦ Σώκρατες ἔτι ἥλιον εἶναι ἐπὶ τοῖς ὄρεσι καὶ οὔπω δεδυκέναι. Pro παρατηρεῖν legendum censeo παρατηρῶν et addendum ἔτι ante ἐστιν. Totum autem locum sic vertendum puto: non exspectavit tertii diei ultimam horam, observans an etiamnum sol in montibus esset; ubi Gesnerus προσέμεινε male vertit. voluit; sic enim deberet esse ὑπέμεινε sustinuit.

LIB. II. CAP. IV.

Χρὴ καθάπερ τὴν —— οὕτω καὶ τὴν σύμφυλον, etc. Plutarchus de Sanit. Tuenda, ed. Hutt. p. 408. τοῖς ὑγιεινοῖς καὶ ὠφελίμοις ἡ φύσις ἡδονὴν ἄλυπον καὶ ἀμεταμέλητον προστίθησιν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα δεῖ μνημονεύειν, τὰ σύμφυλα καὶ πρόσφορα τῷ σώματι, etc. Idem Plut. Sympos. IV. in quaestione multiplexne cibus an simplex concoctu sit facilior, ἡ πολυμιγία βλαβερὸν καὶ γόνιμον ἀλλοκότων ποιοτήτων, καὶ δεῖ τὸ σύμφυλον ἐκ πείρας λαβόντα χρῆσθαι καὶ στέργειν. Seneca Ep. CVIII. Sextius adjiciebat contrahendam esse materiam luxuriae: colligebat, bonae valetudini contraria esse alimenta varia et *nostris aliena corporibus*. Post τὴν σύμφυλον addendum videtur τῆς ἀσυμφύλου.

αὐτόθεν χρῆσθαι. Clemens Alexandr. Paed. II. p. 109. τῶν γάρ τοι βρωμάτων ἐπιτηδειότατα, οἷς αὐτόθεν χρῆσθαι ὑπάρχει δίχα πυρὸς, ἐπεὶ καὶ ἑτοιμότερα. De αὐ-

αὐτόθεν quod usurpatur de rebus non aliunde quaesitis. Vid. Wyttenbach, in Philom. II. ad Musonii ante ined. Diss. cujus titulus: ὅτι ου δεῖ, etc.

κρεώδη τροφὴν θηριωδέστεραν. Plutarchus de Sanit tuenda p. 395. ed. Hutt. τὰ κρεώδη improbat, sed suadet τοῖς λεπτοῖς ἐμφύεσθαι καὶ κούφοις, οἷα τὰ πολλὰ τῶν λαχάνων, etc. deinde addit καὶ κράτιστον μὲν ἐθίσαι τὸ σῶμα μηδεμιᾶς προσδεῖσθαι σαρκοφαγίας. πολλὰ γὰρ ου μόνον πρὸς διάτροφην ἄφθονα, ἀλλὰ καὶ πρὸς ευπάθειαν και ἀπόλαυσιν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τοῖς μὲν αὐτόθεν ἀπραγμόνως χρῆσθαι παρέχουσα et porro ου δεῖ χρῆσθαι κρεωφαγίᾳ πρὸς ἀποπλήρωσιν ὀρεξέως, ὥσπερ λύκους, ἢ λέοντας, ἀλλ' οἷον ὑπέρεισμα καὶ διάζωσμα τῆς τροφῆς ἐμβαλλομένους, ἑτέροις σιτίοις χρῆσθαι καὶ ὄψοις, ἃ καὶ τῷ σώματι μᾶλλον ἐστι κατὰ φύσιν, καὶ τῆς ψυχῆς ἧττον ἀμβλύνει τὸ λογικὸν, ὥσπερ ἐκ λιτῆς καὶ ἐλαφρᾶς ὕλης ἀναπτόμενον Clem. Alex. Paed. II. p. 107. καλὸν μὲν οὖν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα —— θηρίων γὰρ μᾶλλον τοῦτό γε, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀναθυμίασις θολωδεστέρα οὖσα ἐπίσκοτεῖ τῇ ψύχῃ.

τοῦ νοεῖν τι καὶ φρονεῖν ἐμπόδιον. Plutarchus in Libello de Esu Carnium Orat. I. ου τοίνυν μόνον αἱ κρεωφαγίαι τοῖς σώμασι γίνονται παρὰ φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς ὑπὸ πλησμονῆς καὶ κόρου παχύνουσι. Idem de Sanit. Tuenda d. 395. monet μάλιστα τὰς ἀπο κρεῶν φοβητέον ἀπεψίας. καὶ γὰρ ευθὺς σφόδρα καὶ βαρύνουσι, καὶ λείψανον εισαῦθις πονηρὸν ἀπ' αὐ-

 τῶν

τῶν παραμένει. Hinc Diogenes Cynicus interrogatus cur athletae fere sine mente et sensu essent, respondit: *ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοέιοις ἀνῳκοδομοῦνται.*

ὅσπερ συγγενέστατον τοῖς θεοῖς. Hominem ex Deo prognatum ejusque genus et quasi particulam ex eo decerptam statuerunt Stoici. Vid. Upton. ad Epict. I. 14, 6. Clemens Alexandr. Paed. II. 109. de cibo. *ἡμεῖς καὶ τούτων (ζώων) ἀμεινους, ὅσῳ καὶ κύριοι, καὶ θεῷ οἰκειότεροι, ὅσῳ σωφρονέστεροι,* etc. Pro *ὅσπερ* Scovius edidit *ὥσπερ* ut omnes Mss. habent. p. 348. et sic legendum.

ἐκείνοις μὲν οὖν ἀρκεῖν, etc. *ἐκείνοις* i. e. Sideribus, quae a Stoicis pro Diis habebantur. Vid. Nieuwlandii Dissert. Sic. Epict. I. 10. 6. Ad opus aliquod unumquodque est natum, equus, vitis. Quid miraris? *καὶ ὁ ἥλιος καὶ οἱ λοιποὶ Θεοί* i. e. sidera. — De puritate, quae sideribus inest, et quam etiam similiter mentibus humanis adesse oportere docet Musonius, eximie Galenus agit de Usu Part. XVII. *ἐν οἷς εἰκὸς, ὅσῳ πέρ ἐστι καὶ ἡ τοῦ σώματος οὐσία καθαρωτέρα, τοσούτῳ καὶ τὸν νοῦν ἐνοικεῖν πολὺ κατὰ τὰ γήϊνα σώματα βελτίω τε καὶ ἀκριβέστερον. Ὅπου γὰρ ἐν ἰλύϊ καὶ βορβόρῳ καὶ τέλμασι, καὶ καρποῖς σηπομένοις ὅμως ἐγγίνεται ζῶα θαυμαστὴν ἔχοντα τὴν ἔνδειξιν τοῦ κατασκευάσαντος δημιουργοῦ, τί χρὴ νομίζειν ἐπὶ τῶν ἄνω σωμάτων.*

καθαρὰν τε καὶ ξηρὰν. Puram siccamque tum mentem fore, si tenuissimis cibis utamur et nullis vaporibus ex cibis ortis mentis acies obtundatur, atque ita corpus quam minimam vim in animum exerceat. Plato in Phaedone XI. p. 115. in eo ponit puritatem animi si nullum aut saltem quam minimum commercium cum corpore habeat. καὶ ἐν ᾧ ἂν ζῶμεν, οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, ἐὰν ὅτι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι, μηδὲ κοινωνῶμεν, ὅ, τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τούτου φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. καὶ οὕτω μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης, etc.

εἰς πᾶν. Scovius edidit Ὡς πᾶν ut A. B. habent, sed Mss. D. F. G. W. habent εἰ πᾶν. Equidem praefero εἰς πᾶν ut textus Gesnerianus exhibet.

οὕτως ἂν γῆ ξηρή. Locus corruptus, qui summorum virorum judicia exercuit. Wesselingius ita emendare conatus est ἄνη ψύχη σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Vid. Nieuwlandii Dissert. et Wyttenbach in Bibl. Crit. II. in Rel. Brev. p. 140. opus Heynianum de illo Heracliteo placito recensens. Sed omnes Mss. habent οὕτως αὖ γῆ ξηρή, quam lectionem retineo, mutato tantum αὖ in οὗ idque auctoritate Eusebii Praep. VIII. cap. ultimo de Graecia quae procreet acutiores ingenio. τὸ δὲ ἄντιον, λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι. διὸ καὶ Ἡράκλει-

τος 'ουκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν, οὗ γῆ ξηρὴ, ψύχη σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Hinc totum locum ita mihi videor restituere posse: καθάπερ Ἡρακλείτῳ δοκεῖ λέγοντι ὅυτως. οὖ γῆ ξηρὴ, ψύχη σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Existimo autem Heraclitum, ab obscura dictione σκοτεινὸν cognominatum, hic voc. γῆ pro σῶμα usurpasse. Euripides apud Stobaeum p. 568. καὶ ταδ' ἄχθονται βροτοὶ, Ἐις γῆν φέροντες γῆν: (nam sic legendum ut viri docti emendarunt) et Eusebium male adhibuisse de terrae siccitate. Cicero Tusc. Quaest. V. 34. adde *siccitatem*, quae consequitur hanc continentiam in victu. — In Cat. Majore cap. X. summam corporis *siccitatem*. Quod si cui acutius videtur, ita locus forte intelligendus: Ubi terra sicca est, ibi animum esse sapientissimum et optimum; quod animus in regionibus siccis minus, quam in humidis, vaporibus vexatur iisque obnubilatur ejus acies, cujus rei in humano corpore eadem est ratio.

μάστιγι τινὶ ἐλαυνόμενα, etc. Eleganter dictum, cum quis vi et impetu cupiditatum agitur. Sic Juncus apud Stobaeum p. 597. ἡδοναὶ καὶ ἀδικίαι μόνον οὐχὶ μάστιξι καὶ κέντροις, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς αἱ τῶν τραγῳδῶν Ἐυμενίδες, τὸν νέον ἐλάυνουσι.

πανουργεῖν περὶ τὰ βρώματα καὶ τοῦ τεχνιτέυειν. Plutarchus de Sanit. Tuenda p. 380. ed. Hutt. τὰ γὰρ ἐυτελῆ κρατεῖ τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῶν φυσικῶν μέτρων ὀψοποιῶν δὲ τέχναι καὶ δημιουργῶν καὶ

τὰ πανοῦργα ταῦτα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα, ἀεὶ τοὺς ὅρους τῆς ἡδονῆς μετατίθησιν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ παραλλάττει τὸ συμφέρον. Dio Chrys. Or. VI. p. 92. Quomodo conservati essent primi illi nati homines, quum neque ignis usus adesset, neque domorum, neque vestimentornm, neque aliorum ciborum quam sponte natorum? ἀλλὰ τὴν πανουργίαν τοῖς ὕστερον καὶ τὰ πολλὰ εὑρίσκειν καὶ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸν βίον, οὐ πάνυ τι συνενέγκειν. Petronius Arbiter de Mutat. Reip. Rom. vs. 33. *Ingeniosa* gula est, etc.

καὶ μαγειρικὰ πεποίηνται τινές. Inter eos, qui culinariam artem professi sunt, habendus Apicius, de quo Seneca in Consol. ad Helviam cap. X. Apicius nostra memoria vixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi corruptores juventutis, abire jussi sunt, scientiam popinae professus, disciplina sua saeculum infecit. — Et Athenaeus, I. 6. p. 7. ἐγένετο δὲ κατὰ τοῦ Τιβερίου χρόνους ἀνήρ τις Ἀπίκιος, πλουσιώτατος τρυφήτης, ἀφ' οὗ πλακούντων γένη πολλὰ Ἀπίκια ὀνομάζεται, etc. Ante eum scribsit Archestratus librum Gastrologiam dictum. de quo vid. Athenaeus VII. c. V. p. 278. ed. Casauboni.

κιττώσαις γυναιξὶν. Epict. IV. 8. 35. ἰδοῦ σου τὴν ὁρμὴν μὴ κακοστομάχου, ἢ κισσώσης γυναικός ἐστιν. Hesychius in κιττᾶν vid., quod explicat. γλίχεσθαι, ἀπὸ τῶν γυναικῶν. ἐπιθυμεῖν. et in vocab. κίσσα. Etym. M. auctor in κίσσαι

στο-

στομοῦσθαι θέλουσιν, etc. Hoc verbnm, ut inde derivata *στόμωσις*, *ἀναστομοῦν*, et *ἀναστόμωσις* eleganter adhibentur de restituendo amisso appetitu. Vid. Casaub. ad Ath. p. 251, 60. et Celsus IV, 4, 5, et de *ἀναστομώτικα*, V, 18. 35.

βρώματος τινος στρυφνοῦ. Στρυφνὸς acerbus, adstringendi vim habens plerumque ad saporem refertur. Vid. Ruhnk. ad Timaeum p. 237. Xenophon in Hierone, cap. I. Tyrannis apponuntur *ὀξέα, καὶ δριμέα καὶ στρυφνά.* Deinde ad mores et ingeninm transfertur. Plutarchus de Educ. Lib. c. XIV. *ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψω πρὸς τοὺς πατέρας ἀυθεκάστους, καὶ τὸν τρόπον ὀμφακίας καὶ στρυφνούς.*

ὀρνιθείου τῶν πλειονων. Vix aliud significare potest, quam avem vulgarem, *τῶν τυχόντων*, quod cum auctoris mente proximoque epitheto pugnat. Fortasse corrigendum: *ὀρνιθείου τῶν λιπῶντων καὶ πολυτελῶν* avem saginatam et pretiosam. Litera *π* saepius verbis adhaesit ab initio, ut docuimus in animadv. in Eurip. II. 22. Qui Codd. tractarunt, sciunt librarios literas et verba non raro ita junxisse ut forma τοῦ *π* existcret, deleta superiori ejus linea. Hic fons ejus corruptelae. *Jacobs* in Anim. in Stobaeum. — Minus placent. Excidisse puto *ὄυ* ante *τῶν πλείονων*, quod sexcenties factum viri docti observarunt ultima syllaba proxime antecedentis vocabuli in *ου* desinente, ut idem sit ac *σπανίων.* nam *σπάνιος* et *πολυτελὴς* saepissime junguntur. Xenophon

phon M. S. I. 6, 5. ἢ ὡς χαλεπώτερα πορίσασθαι τὰ ἐμὰ διαιτήματα τῶν σῶν, διὰ τὸ σπανιώτερα τε καὶ πολυτέλεστερα. Plutarchus de Sanit. Tuenda, p. 378. ὡς ἄτοπον ἐστι πράγματος σπανίου καὶ πολυτελοῦς μὴ ἀπολαῦσαι παρόντος. Seneca Cons. ad Helviam c. IX. O miserabiles, quorum palatum nisi ad. *pretiosos* cibos non excitatur. *Pretiosos* autem non eximius sapor, aut aliqua faucium dulcedo: sed *raritas* et difficultas parandi facit. — Plato in Phaed. c. XXXIX. σπάνια opponit πόλλοις. ut ὀυ πόλλα sive ὀυ πλείω idem valeat ac σπάνια. Sin haec conjectura minus forte placeat, alteram propono: ὀρνιθέιου τῶν πελειῶν τῶν πολυτελῶν ut sit *avis ex genere columbarum pretiosarum* e. g. *turturum* τρύγονων. Has aves apud Romanos ad cibos delicatiores pertinuisse et magno venditas pretio e plurimis locis patet. Plautus Most. I. Act. I. Sc. vs. 44. Ubi Grumio objiciens conservo vitam delicatam, dicit: Tu tibi istos habeas *turtures*, pisces, aves. Add. Martial. XIII. 53. Juvenal. VI. 39. Est autem πέλεια proprie columba agrestis minor, nigra. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. I. 15. deinde de columba *in genere* dicitur. Hesych. πέλεια, περιστερά.

ὡς Μάνην, etc. Epict. III. 26, 37. ὀικημα ἐπιτήδειον ὀυχ ἕξω. Ἐν ἀνεπιτηδείῳ νοσήσεις. τίς μοι ποιήσει τὰ τροφεῖα; οἱ καὶ τοῖς ἄλλοις ποιοῦντες. ὡς Μάνης νοσήσεις ut Manes aegrotabis i. e. ut servus. Diogenis servum hoc nomen habuisse notum. Vid. Upton.

ton. ad l. l. Epicteti. Addatur hic locus ex Anthol. III. c. 13.

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν, ζῶν ποτε. νῦν δὲ τεθνηκὼς
Ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

καὶ γάρ. Gesnerus in margine *ἐι γάρ.* Recte. Sic Scovius quoque edidit.

LIB. II. CAP. V.

Αἴσχιστον, ἔφη, γαστριμαργία, etc. Plato in Phaedro *γαστριμαργίαν* ita definit: *περὶ μὲν γὰρ ἐδωδὴν κρατοῦσα τοῦ λόγου τε τοῦ ἀρίστου, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν γαστριμαργία.* Clemens Alexandr. Paed. II. p. 108. *καὶ ἡ γαστριμαργία ἀκρασία περὶ τὴν τροφὴν, ὡς δὲ καὶ τοὔνομα περιέχει, μανία ἐπὶ γαστέρα; ἐπεὶ μάργος ὁ μεμηνώς.*

καθόλου μὲν ἴσως τὸ σωφρονεῖν. In solo Cod. B. abest, quod, cum glossema sit ex margine ad *οὐκ ὂν ῥᾴδιον* (cui subjectum deesse videbatur) notatum, uncis inclusi. Eadem suspicatus est Jacobs p. 240. *Scov.* in Edit. p. 361. In margine Gesnerus fortasse ex aliquo Cod. annotavit. *οὐχ ἥκιστα δὲ περὶ τὴν τροφὴν,* quae in textu addenda suspicor, cum Clemens Alexandrinus, qui plurima ex Musonio excerp-

excerpsit, hunc locum ob oculos habuisse videatur. Paed. II. p. 107. πανταχῆ δὲ κακὸν οὖσα ἡ ἀμετρία, περὶ τὰς τροφὰς μάλιστα διελέγχεται. Itaque retineo. οὐκ ὂν ῥᾴδιον est accusativus absolutus et sententia huc redit: Cum in universum temperantia non facilis sit, tum difficillima est in cibis.

ὁ παραπλέιων ἤθη ἐσθίων. Gesnerus in margine ἢ δεῖ. Scovius secundum II. Codd. B. C. edidit ἢ χρή. Pro παραπλέιων legendum puto ἄρα πλέιον. Nec male legeretur, ut opinor, si pro ἤθη poneretur ἤδη. Καὶ γὰρ ὁ ἄρα πλέιον ἐσθίων, ἤδη ἁμαρτάνει. Etenim ille utique jam peccat, qui nimium edit. Sic compar. πλέιων pro nimio occurrit p. 160. vs. 22. τοὺς πλέιονι τάυτῃ χρωμένους.

τὰ ἴσα τοῖς συνεσθίουσιν. Temperantiae olim habitum fuit, si convivis aequa portio daretur. Plutarchus Sympos. II. p. 644. narrat hunc morem, aequalem dandi portionem convivantibus sublatum esse, ὅτ' ἐπεισῆλθον αἱ πολυτέλειαι τοῖς δεῖπνοις. οὐ γὰρ ἦν πέμματα, etc. Athenaeus I. p. 12. refert antiquitus inopia frumenti factum esse, ut hic mos non in usu esset, sed ὡς παρεγένετο αὐτοῖς πολλὴ τροφὴ ἐκ τῆς Δήμητρος, διένεμον ἑκάστῳ ἴσην, etc.

ἡμῖν φάρμακον ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ. In Codd. B. C. W. παραπλησίως καὶ ζωῆς φάρμακον. In Cod A. παραπλησίως καὶ ἡμῖν ζωῆς καὶ φ. unitis lectionibus dua-

duabus, altera: *παραπλησίως καὶ ἡμῖν ζωῆς φάρμακον ἡ τροφή ἐστι.* Altera: *παραπλησίως καὶ ζωῆς φάρμακον ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστι.* Quam postremam lectionem Scovius secutus est in sua Editione p. 363. Hanc ego quoque veram esse puto. — Plutarchus septem sapientum Conv. c. XVI. *καὶ γὰρ ἡ τροφὴ λιμοῦ φάρμακον προσάγεται, καὶ θεραπεύειν ἑαυτοὺς λέγονται πάντες οἱ τρεφόμενοι δίαιταν, οὐχ ὡς ἡδύ τι καὶ κεχαρισμένον, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον τοῦτο τῇ φύσει πράττοντες.*

αὐτὸς δὲ ἐσθίειν. Scovius edidit *αὐτὸν* ut omnes Mss. habent. Dictum celebratissimum Socratis est. Vid. Diog. Laërtius in Vita S. Aulus Gellius, XIX. 2. Socrates quidem dicebat, multos homines propterea velle vivere, ut ederent ac biberent, se bibere atque esse, ut viveret. Musonii locum imitatus est Clemens Alexandrinus Paed. II. p. 102.

ὅτι δὲ καὶ θεὸς, etc. Idem dicit Clemens II. p. 104. *οὐ γὰρ που μεμαθήκασι τὸν θεὸν παρασκευάσαι τῷ δημιουργήματι, τῷ ἀνθρώπῳ λέγω, σιτὰ καὶ ποτὰ τοῦ σώζεσθαι χάριν, οὐχὶ δὲ ἥδεσθαι.*

πλεῖται δὲ ἡ θάλασσα μέχρι περάτων. Clem. Alex. Paed. II. p. 103. *ὅσα τε χθὼν πόντου τε βένθη καὶ ἀέρος ἀμέτρητον εὖρος ἐκτρέφει τῇ αὐτῶν ἐκποριζόμενοι λαιμαργίᾳ*, etc. Seneca Consol. ad Helviam

cap.

cap. IX. Undique convehunt omnia nota fastidienti gulae. A Parthis aves petuntur. Quod dissolutus deliciis stomachus vix admittat, *ab ultimo* portatur *oceano*. Et cap. XVI. Passim jacent alimenta quae natura rerum omnibus locis disposuit, sed velut coeci transeunt, et omnes regiones pervagantur, *maria trajiciunt*. Ep. LXXXIX. Profunda et insatiabilis gula, hinc *maria* scrutatur, hinc terras. Lucianus in Cynico, p. 721. edit. Graevii. ὑμεῖς δὲ τῷ δι' ἀπληστίαν τε καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε, πᾶσι χρῆσθαι ἀξιοῦντες, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ, μὴ τοῖς παρ' ὑμῖν μόνον, ὀυ γῆν, ὀυ θάλλασσαν τὴν καθ' ἀυτους ἀυθάρκη νομίζοντες, ἀλλ' ἀπὸ περάτων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονὰς καὶ τὰ ξενικὰ τῶν ἐπιχωρίων ἀεὶ προτιμῶντες, καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν ἐυτελῶν, καὶ τὰ δυσπόριστα τῶν ἐυπορίστων.

δεῖπνα δὲ παρατίθενται, etc. Gesnerus ἀγρῶν ἀναλίσκοντες τιμὰς minus recte vertit: tota praedia consumunt. Potius: agrorum tributa consumentes. — Seneca ad Helviam; c. X. Caesar, quem mihi videtur rerum natura edidisse, ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent, centies sestertio coenavit uno die, et in hoc omnium adjutus ingenio, vix tamen invenit, quomodo *trium provinciarum tributum una coena fieret.* Seneca Thyest. vs. 458. (sub persona Thyestis mores corruptos sui seculi carpens) non ventrem improbum alimus *tributo gentium.*

καὶ

καὶ ταῦτ' οὐδαμῶς ὠφελουμένων τῶν σωμάτων, etc. Imitatus est haec Musoniana Clemens Alexand. lib. I. p. 104. Paed. *ἐπεὶ μηδὲ ὠφελεῖσθαι πέφυκε τὰ σώματα ἐκ τῆς πολυτελείας τῶν βρωμάτων. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς ἰσχυρότατοι εἰσι καὶ ὑγιεινότατοι, ὡς οἰκέται δεσποτῶν, καὶ γεωργοὶ κτητόρων.*

LIB. II. CAP. VI.

Ἠξίου δὲ καὶ σκέπην τὸν σώφρονα, etc. Excidisse quid videtur post *ζητεῖν* e. g. *τὴν εὐτελῆ καὶ χρήσιμην*, aut simile quid. Nieuwland. Forte legendum *τὴν σώφρονα.* De re saepe etiam *σώφρων* occurrit. Plutarchus de coena frugali adhibet. De San. Tuenda. p. 382. *λιτῆς διαίτης καὶ σώφρονος μεμνήμεθα*, et p. 402. *μετρίᾳ διαίτῃ καὶ σώφρονι.* Plato de Legg. III. 94. *δυνάμις σώφρων*. Apud Stobaeum p. 167. *αἱρετέον ἐστὶ τὴν εὐτελῆ, ὅτι ἄυτη σωφρονεστέρα*, etc. Quin etiam de cultu, et ornatu usurpat Clemens Alexand. Paed. III. p. 182. *ὑποδείξομεν ἀυταῖς κομμωτικὴν σώφρονα.*

ὑπόδεσις ἡ χρησιμωτάτη τῷ, etc. Legendum puto: *ὑπόδεσις χρησιμωτάτη ἡ τῷ σώματι κρατίστη·*

δεῖ γὰρ τῆς σκέπης ἀυτῆς, etc. Aliquid vitii latere puto. Non enim sensus est, corpus robustius esse red-

reddendum, quam vestimentum; sed ut ex sequentibus patet: vestimentum ipsum aliquid roboris addere debere corpori, quum corpora per vestitum nonnulli infirment. Lycurgus apud Xenoph. de Rep. Laced. cap. II. noluit Lacedaemonios διαθρύπτεσθαι τοῖς ἱματίοις sed κρατύνεσθαι; semper enim ἑνὶ ἱματίῳ δι' ἔτους προσέθιζεσθαι νομίζων, οὕτω καὶ πρὸς ψύχη καὶ πρὸς θάλπη ἄμεινον ἂν παρασκευάσασθαι. Legendum itaque conjicio δεῖ γὰρ τὴν σκέπην αὐτὴν κρεῖττον, etc. Maxime ad conjecturam meam confirmandam facit in rem Lucianus in Cynico p. 718. Κυ. τί δὲ ἐσθής; τοῦ χάριν; ἆρα οὐχὶ αὐτὴ τῆς σκέπης; Λυ. ναί. Κυ. τῆς δὲ σκέπης αὐτῆς πρὸς Θεῶν, τίνος ἐδεήθημεν ἕνεκα, οὐχ ὥστε ἄμεινον ἔχειν τὸ σκεπόμενον; i. e. ut id quod tegatur, melius se habeat. et porro. Κυ. τί δὲ, τοὐμὸν σῶμα τῶν λοιπῶν ἆρα κάκιον; εἰ γὰρ κάκιον καὶ ἀσθενέστερον. ἀρετὴ γὰρ σώματος ἰσχύς. ἆρ' οὖν τὸ ἐμὸν ἀσθενέστερον; Λυ. οὐ φαίνεται. Horrido ille Cynicus vestitu, pallio tantum, non tunica indutus corporis vires auxerat p. 727. Veram lectionem esse, quam proposui, et sequentia docent. οἱ δὲ ῥωννύντες καὶ κρατύνοντες τῇ σκέπῃ, οὗτοι τὰ σκεπόμενα μόνοι ὠφελοῦσιν etc.

λειότητα τε καὶ ἁπαλότητα σαρκὸς, etc. Vitiosa est lectio. Etenim corpora non fiunt laevia vestitu, sed rasura, adimendis pilis, ut delicati Romani ac

ac molles facere consueverant. Martialis Epigr. II. 29. 6.

Et splendent vulso brachia trita pilo.

Seneca Ep. XLVII. Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum aetate luctatur. Non potest effugere pueritiam, sed retrahitur jamque militari habitu, glaber destrictis (detritis) pilis aut penitus evulsis, etc. add. Ep. CV. Lucianus in Cynico p. 724. ed. Graevii. Hercules et Theseus sibi nec barbam, nec alias corporis partes radebant: ὑγρότητα γὰρ καὶ λειότητα σαρκὸς γυναιξὶ πρέπειν ἡγοῦντο et porro Cynicus se imitari negat λεαίνοντας καὶ ψιλούμενους πᾶν τοῦ σώματος μέρος. Parva itaque mutatione facta legendum puto λευκότητα. Sic adjectiva λευκὸς et ἁπαλὸς conjuncta occurrunt apud Plutarchum in Agesilao, cap. IX. τῶν δὲ σωμάτων λευκῶν καὶ ἁπαλῶν παντάπασι διὰ τὰς σκιατροφίας γυμνουμένων κατεγέλων. Xenophon in Ages. cap. I. ὁρῶντες οὖν οἱ στρατιῶται λευκοὺς μὲν, διὰ τὸ μηδέποτε ἐκδύεσθαι. Polyaenus II. 5. αἰχμαλώτους Πέρσας ἀποδύσας, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιδείξας, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν ἀσθενῆ καὶ λευκὰ διὰ τὴν τρυφὴν, τὸν δὲ κόσμον, καὶ τὴν ἐσθῆτα, etc. Nicolaus Damasc. Hist. I. p. 20. ed. Orell. ἐγώ σε θήσω γυναικῶν ἁπαλώτερον καὶ λευκότερον τὴν χροιάν.

ὄντε

ἔντε χεῖρας τε καὶ πόδας, etc. Forte Musonius hic intelligit χειρῖδας et δακτυλήθρας (quibus Persas manus digitosque involvisse Xenophon ait) frigoris arcendi causa; et pedum tegumenta sunt σπάργανα illa, quibus ditiores et molliores olim utebantur et quicunque ἀνυποδησίαν non exercebant, de quibus. Vid. Casaubonus ad Dion. Chrys. VII. 16. Ceterum ὑφασμάτων τινῶν e margine in textum irrepsisse credo ad explicationem πίλων. Plato de Legg. XII. p. 436. vult milites τὴν τῆς κεφαλῆς καὶ ποδῶν δύναμιν μὴ διαφθείρειν τῇ τῶν ἀλλοτρίων σκεπασμάτων περικαλυφῇ, τὴν τῶν οἰκείων ἀπολλύντας πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν. ubi Scholiastes πίλων explicat per τῶν ἐκ συμπεπιλημένων ἐρίων γινομένων ἐνδυμάτων.

ἀλλὰ ῥιγοῦν χρὴ, etc. Socrates apud Xenoph. M. S. I. 6. 6. ἤδη οὖν ποτὲ ᾔσθου ἐμὲ ἢ διὰ ψῦχος μᾶλλον που ἔνδον μένοντα ἢ διὰ τὸ θάλπος μαχόμενον τῷ περὶ σκιᾶς; Dio Chrys. Or. LXIX. p. 622. de venatore μηδὲ ὑπό ἡλίου τὸ σῶμα ἐπικεκαυμένος, μήτε ψύχους ἀνέχεσθαι δυνάμενος, ἐσκιατραφημένος καὶ ἁπαλός. Plutarchus de Educ. Lib. cap. XI. ait bellum non recipere ἐσκιατραφημένην σωμάτων ἕξιν.

ἱματίῳ μόνον. Severiores philosophi, atque adeo Stoici exemplum Socratis imitantes, tantum ἱμάτιον ἠμφίεσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖν. Ubi

vid·

vid. Ernesti. Cf. Gataker, ad. Anton. IV. 30. et Perizonius ad Ael. V. H. VII. 13. Sic Diogeni quoque apud Dionem Chrys. VI. p. 89. ἱμάτιον ἕν ἐξήρκει τοῦ θέρους καί τοῦ χειμῶνος.

τὸ ἀνυποδετεῖν. De Socrate ἀνυποδήτῳ. Vid. M. S. I. 6. 2. et Diogenes quoque ὀυδέποτε ἔσκεπε τοὺς πόδας. Vid. Dion. Chrys. VI. p. 89.

ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν. Xenophon. M. S. I. 6. 6. καὶ ὑποδήματα ὑποδοῦνται, ὅπως μὴ διὰ τὰ λυποῦντα τοὺς πόδας κωλύωνται πορέυεσθαι. Mene rogat Socrates Antiphontem unquam vidisti, cum sim ἀνυπόδητος, διά τὸ ἀλγεῖν τοῦς πόδας, ὀυ βαδίζοντα, ὅπου ἀν βόυλωμαι; Lycurgus apud Xenoph. de Rep. Lac. II. ἀντί γε μὴν τοῦ ἀπαλύνειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν, ἔταξεν ἀνυποδησίᾳ κρατύνειν, νομίζων ἐι τουτ' ἀσκήσειαν, πολὺ μὲν ῥᾷον ἄν ὀρθιάδε βάινειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρανῆ καταβάινειν, καὶ πηδῆσαι, καὶ δραμεῖν θᾶττον ἀνυπόδετον, ἐι ἠσκηκὼς ἐιη τοὺς πόδας, ἤ ὑποδεδεμένον.

τρέχειν ἀυτοὺς ἐν ὑποδήμασιν. i. e. calceis induti. Epict. III. 22. 10. ἐν κοκκίνοις περιπατοῦντα τινὰ ἴδω. Aelian. V. H. 16. ἔλεγε γὰρ ἀυτῷ καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν, ἐι ἐν ἀυτοῖς ἀποθάνοι si in illis funebribus ornamentis moreretur i. e. indutus.

Sic

Sic apud Virg. Aen. V. 37. Horridus in jaculis, ubi vid. Burm.

θάλπος τὸ σφοδρόν. Corrupta. Legendum θάλπους τὸ σ.

σπήλαιον ἃ Seneca Ep. VIII. Vestis arceat frigus, domus munimentum sit adversus infesta corporis. Hanc utrum cespes erexerit, an varius lapis gentis alienae nihil interest: scito hominem tam bene culmo, quam auro tegi. Ep. XC. Opus est tamen calorem solis aestivi umbra crassiore propellere. Quid ergo? Non vetustas multa abdidit loca, quae vel injuria temporis, vel alio quolibet casu *excavata in specum* recesserunt. — Et in eadem Ep. CX. Illi, quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui adversus saevitiam hiemis aut imbris vili receptaculo tuti sub fronde vivebant, placidas transigebant sine suspirio noctes — non inpendebant coelata laquearia.

τί δ' αἱ ποικίλαι χρήσεις; Nihil in domo requirendum praecipit nisi ut nos quaeque ad victum nostrum pertinent, recipiat custodiatque: Τί δὲ αἱ περίστυλοι αὐλαὶ; τί δὲ αἱ ποικίλαι χρήσεις; τί δὲ αἱ χρυσόροφοι στέγαι; vertit Gesnerus: Quorsum vero undique suffultae regiae columnis? Quo varii et multiplices usus? Ineptum hoc. Forsitan: τί δὲ αἱ ποικίλαι χρύσεαι quorsum tandem inauratae illae porticus. ποικίλαι enim est non a ποικίλος varius;

 ut

ut Gesnerus accepit, sed a ποικίλη Poecile. Auratas porticus habemus in Virg. Aen. VIII. 655.

Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus.

Aurea tecta passim Ovid. Ep. Heroid. XVI. 177. *Jacobs* in Animadv. ad Stob. — Equidem praefero τί δὲ αἱ ποικίλαι χρίσεις ut in margine Gesn. conjicitur, sive χρώσεις. (nam ω et η etiam infra inter se confusa esse apparebit, ubi χρημάτων pro χρωμάτων male positum docebo.) Et refero ad marmora variegata parietibus inserta. Egregie haec illustrantur hoc loco Senecae Epist. CXV. Illos (pueros) reperti in litore calculi leves et aliquid habentes varietatis delectant; nos ingentium maculae columnarum, sive ex Aegyptiis arenis, sive ex Africae solitudinibus advectae, porticum aliquam vel capacem populi coenationem ferunt. Miramur *parietes* tenui *marmore inductos* — et cum *auro tecta* perfundimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? etc. — Solebant scilicet Romani, varii coloris marmora in exiguas tenuesque partes dissecare, et parietibus inserere; quod opus Musivum appellatur. Plinius H. N. lib. XXXVI. cap. 6. narrat Mamurram primum Romae parietes *crusta marmoris* operuisse totius domus suae. Ad probandam conjecturam meam, non parum confert hic locus Dionis Chrys. Or. VII. p. 122. ἔτι δὲ ἐνοικίων ὀρόφαις, καὶ τοίχοις, καὶ ἐδάφει, τὰ μὲν χρώμασι, τὰ δὲ λίθοις,

τὰ δὲ χρυσῷ, τὰ δὲ ἐλέφαντι ποικιλλόντων, τὰ δὲ αὐτῶν τοίχων γλύφαις. Lucanus Phars. X. 114.

Nec summis crustata domus sectisque nitebat
Marmoribus.

Cf. Seneca, Ep. CXIV. Ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant. Idem annotat Clemens Alexandrinus Paed. III. p. 158. de Aegyptiis: τοῖχοι δὲ ἀποστίλβουσι ξενικοῖς λίθοις, καὶ γραφῆς ἐντέχνου, οἷς ἐνδεῖ οὐδὲ ἕν· χρυσῷ δὲ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἠλέκτρῳ παραστίλβουσιν οἱ ναοί. καὶ τοῖς ἀπὸ Ἰνδίας καὶ Αἰθιοπίας πεποικιλμένοις μαρμαίρουσι λιθιδίοις.

χρυσόροφοι στέγαι. Sunt tecta auro laqueata, aurea lacunaria Horat. Od. II. 18. Non ebur, neque *aureum* mea renidet in domo *lacunar*, etc. Tibull. III. 3. 16.

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis
Aurataequae trabes, marmoreumque solum?

ubi vid. Heynius. Seneca, CX. Non enim tecta coenationi epulum recepturae parabantur, nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus, ut ex illa *lacunaria auro gravia* penderent.

καμαὶ συνηρμοσμένων. Sunt lapides illi λιθόστρωτοι, Epict. IV. c. 7. σοὶ μέλει, πῶς ἂν ἐν λιθοστρώτοις οἰκήσητε. Vid. Pollux. in Onom. VII. 121. λιθόστρωτον ἔδαφος.

πόῤῥωθεν ἡγμένων λίθων. Vocabulum λίθων ex superioribus temere additum videtur, quare Scovius in sua Edit. recte uncis inclusit. — Ceterum ex quam remotis terris varia marmorum genera ad Italiam transveherentur, docet luculenter Plinius, H. N. Lib. XXXVI. c. 7.

ἐυκλεέστερον τοῦ πολυτελῶς, etc. Haec fere omnia Clemens Alexandrinus excerpsit Paed. II. p. 153.

τοῦ περιβεβλῆσθαι. Hoc verbum plerumque usurpatur de vestibus quae corpori circumjiciuntur quibusque involvuntur Ael. V. H. VII. 13. de Agesilao, ἀχίτων προῄει, τὸν τρίβωνα περιβαλλόμενος αὐτόν. Cf. Ael. V. H. XII. 1. Polyaen. V. 3. 3. deinde de muris urbis, de parietibus domus, quibus circumdatur. Ael. V. H. VI. 12. περιεβέβλητο τεῖχος ὑψηλότατον τῇ πόλει. Plutarchus Sept. Sapient. Conv. c. 14. μήτε μικρὸν ἔργον οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοσαύτην. Fragm. Epict. ed. Schweigh. p. 81. μὴ μεγάλην αὐλὴν περίβαλλε. Plutarchus de virtute et vitio p. 311. ἂν οἰκίας μεγάλας περιβάλλωνται. De Fort. p. 309. πολυθύρους αὐλὰς περιβαλλόμενος. qua significatione hic apud Musonium occurrit.

καὶ

καὶ μὴν συνῳδὰ καὶ etc. Haec cum Nieuwlandio puto prius cohaesisse cum altera Dissertatione de Vestium et Aedium magnificentia, quum in hac de supellectili agatur, ideoque conjungere non dubitavi, quae diversis apud Stobaeum locis exstant, Serm. I. et Serm. LXXXIII. Lineola tamen discrevi, ut unicuique liberum relinquatur judicium.

ἐν εἴδει δὲ χρυσᾷ. Lecti eburnei, argentei, vel tantum pedibus eburneis et argenteis, ornatique *aureis bracteis* Martial. Epigr. IX. 23.

Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes
Et crepet in nostris aurea lamna toris.

τράπεζαι δὲ παραπλησίας ὕλης etc. Nonnunquam mensae aureae vel potius inauratae fuerunt Martial. Epigr. III. 31.

Sustentatque tuas aurea mensa dapes.

Plerumque *citreae* erant, et tanto pretio constabant, ut pluris emerentur quam aurum. Martial. Epigr. XIV. 89.

Accipe felices Atlantica munera silvas
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Conf. XIV. 3. ubi quoque mentionem de citreis mensis facit;

In *Pugillares citreos*

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas
Essemus Libyci nobile dentis onus.

i e mensa citrea suffulta pedibus eburneis

στρωμναὶ δὲ ἁλουργὶς καὶ ἄλλων χρημάτων. Cum Gesnero pro χρημάτων lego χρωμάτων, quoniam etiam sic legitur apud Clem. Alexandr. Paed. II., cap. 3., p. 118. qui haec ex Musonio exscribsit. Et pro ἁλουργὶς legendum ἁλουργεῖς ut idem Clemens l. l. habet.

ἐκπώματα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου etc. locum ob oculos habuit Clemens Al. Paed. II., p. 118. ἐκπωμάτων τοίνυν ἀργυρίου καὶ χρυσίου πεποιημένων, λιθοκολλήτων τε ἄλλων, ἄθετος ἡ χρῆσις. Quae sequuntur τὰ δὲ λίθων, ἢ λιθοειδῶν etc. sunt pocula e gemmis facta, vel crystallina, quae postrema apud Romanos in summo sunt pretio habita, ideoque a Musonio dicuntur ἁμιλλώμενα τῇ πολυτελείᾳ τοῖς ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς. Hinc Martialis cum pocula pretiosissima nominare vellet, dicit Ep. IX. 23. Nec labris nisi magna meis crystalla terantur.

σκίμποδος. Vid. Gataker. ad Anton. I. 7.

σισύρας. Etymol. Magni auctor. p. 714. αἴγειον στέγαστρον, τετριχωμένον δέρμα. Ruhnkenius ad Timaeum p. 231. in voc. σισύρα, quum citat Clementem Alexandrinum Paed. II. p. 190 haec addit: quod, ut alia plura, Patrum eruditissimus, ne verbo quidem mutato, descripsit ex Musonio apud Stob. p. 595. Id cum aliis locis etiam fecerit, furtum a ne-

nemine dum deprehensum esse miror. Haec summi Ruhnkenii verba me incitaverunt, ut accurate et diligenter Clementem legerem, si quid fortasse inesset, quod ad emendandum hunc illumve locum corruptum valeret.

οἶνον οὐ λυμαίνεται, ὀσμὴν δέ γε ἡδίω etc. Rationem exponit Clemens Paed. II., p 118. εἴ τε γὰρ αὐτοῖς (poculis aureis vel argenteis) ἐγχέαι τις θερμοῦ κράματος, διαπυρουμένων τῶν σκευῶν ἐπώδυνος ἡ λῆψις. εἴ τε αὖ ψυχρὸν πάλιν ἐγχέαι, μεταδίδωσι τῆς ποιότητος ἡ ὕλη λυμαινομένη τὸ κρᾶμα et pag. 119. Christus bibebat οὐδ' ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἰοῦ, προσόζουσι σκευαρίοις χρώμενος, οἷον ἀναπνεῖ τῆς τετυφωμένης ὕλης ὁ ἰός.

ἃ δὲ καὶ κτώμεθα etc. Clem. l. l. p. 119. ἃ δὲ καὶ κτώμεθα μὴ χαλεπῶς, καὶ χρώμενοι εὐκολῶς, ἐπαινοῦμεν etc. Illud εὐκολῶς addendum in textu puto, ut ex loco Clementis patet.

τὰ γὰρ εὐτελῆ τῶν πολυτελῶν ἐπιβουλεύεται. etc. Pretiosa ista Clemens p. 118. vocat φθόνου καὶ βλακείας ἐπίβουλα πλεονεκτήματα. Martialis Epigram. XII. 75.

——— sed geminus vilibus usus inest
Nullum sollicitant haec Flacce toreumata furem.

διώκεται. Expetuntur. Saepe hoc verbum adhibetur de rebus, quae summo studio adpetimus. Plato

de Legg. p. 280. δεῖ πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν. Plutarchus de Aud. Poët. cap. XI. δεῖ γὰρ ἐκ τῶν καλῶν διώκειν τὴν ὑπεροχὴν. de Sanit. Tuenda p. 381. ὅθεν ἥκιστα λυσιτελεῖ καταφρονεῖν ὑγιείας τοῖς μάλιστα τὴν ἡδονὴν διώκουσι. Dio Chrys. Or. VI., p. 92. ait homines διώκοντας τὸ ἡδὺ ἐξάπαντος ἀεὶ ζῆν ἀηδέστερον καὶ ἐπιπονώτερον etc.

πρὸ τῶν ἐν μέσῳ. Haec quoque inveniuntur apud Clem. Alex. Paed. II. p. 151. Latini etiam quae paratu facilia sunt, in medio sita dicunt. Cicero Tusc. Quaest. V. 33. Obscoenas voluptates, faciles, communes, in medio sitas esse dicunt. Horat. Serm. I. 2. 108. meus est amor huic similis, nam Transvolat in medio posita.

συγγενέστερον. Gesnerus in margine συγγενέστατον. Non opus est. Nam comparativi saepius pro superlativis usurpantur. vid. Hogeveen ad Vigerum. Cap. III. Sect. 2. 81. Sic quoque apud Stob. p. 30. Θαλῆς ἐρωτηθεὶς, τὶ βλαβερώτερον; κακία (ἔφη).

ἄνοια μανίας συγγενέστερον. Plato in Alcib. II. c. 3. Σω. Ἀφροσύνη ἄρα καὶ μανία κινδυνεύει ταὐτον εἶναι. Ἀλ. Φαίνεται. Σω. Πάντας οὖν ἂν φάντες, ὦ Ἀλκιβιάδη, τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι, ὀρθῶς ἂν φαίημεν. Xenophon M. S. III. 9. 6. Μανίαν γε μὴν ἐναντίον μὲν ἔφη εἶναι σοφίᾳ, οὐ μέντοι γε τὴν ἀνεπιστημοσύνην μανίαν ἐνόμιζεν etc. Celeberrimum fuit Stoicorum placitum ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. Cicc-

cero Parad. X. quod idem Cicero Tusc. Quaest. III. ita explicat: omnes perturbationes animi morbos esse, stultumque neminem his morbis vacare, unde sic concludunt: qui in morbo sunt, sani non sunt: omnium autem insipientium animi in morbis sunt, omnes insipientes igitur insaniunt.

σεμνοῖς ἔθεσιν οἱ πολλοὶ· etc. Gesnerus in margine annotavit: Videtur hic aliquid desiderari. — Fortasse haec addenda sunt οὕτω καλοῖς καὶ et ita omnia egregie cohaerent. Haec adjectiva saepe conjuncta reperiuntur. Xenophon M. S. II. 1. 27. τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην. Plutarchus de San. Tuenda. p. 381. ed. Hutt. ἄλλοτε μὲν οὖν πρὸς τὰς ἡδονὰς λεκτέον ἴσως, τὸ καλὸν καὶ σεμνὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τῆς ἐγκρατείας οἷόν ἐστι. et Amat. Sermo p. 740. ed. Xyl. εἰς τὰ κάλλιστα καὶ σεμνότατα τῶν ὀνομάτων εἰσβιαζομένην. etc. Clemens Alexand. Paed. III. p. 173. καλὰς καὶ σεμνὰς παρὰ τοῦ παιδαγωγοῦ συνοπαδοὺς αὐτουργίαν παραλάβοντας. Plutarchus de Util. cap. ex Host. p. 280. τούτου σεμνότερον καὶ κάλλιον ἐστι.

τοῦ βασιλέως πλούτου. Gesnerus male vertit. regiis opibus. Imo regis Persarum. Notissimum est regem Persarum per excellentiam τὸν βασιλέα appellari. Ne plura citem, ita quoque Diogenes apud Dion. Chrys. Or. VI. p. 93. paupertatem divitiis regis Persarum praefert ὁρῶν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους φροντίζοντας καὶ ζητοῦντας ὅπως παισὶ καταλείπωσι

τοῖς

τοῖς αὐτῶν πολλὰ χρήματα, ἐθαύμαζεν ὅτι μηδὲν αὐτὸς πράττων τοιοῦτον, ἀλλὰ μόνος δὴ τῶν ἁπάντων ἐλεύθερός ἐστι, καὶ οὐδεὶς ἄλλος συνίησι τῆς αὐτοῦ μάλιστα εὐδαιμονίας. ὥστε οὐκ ἔθ' αὐτὸν ἠξίου τῷ Περσῶν βασιλεῖ παραβάλλειν. πολὺ γὰρ εἶναι μεταξὺ, τὸν μὲν γὰρ ἀθλιώτατον ἁπάντων τυγχάνειν, φοβούμενον μὲν ἐν τοσούτῳ χρυσῷ πενίαν. Xenophon Conviv. III. 13. λανθάνει σε, ὅτι οὐκ ἂν δέξαιο τὰ βασιλέως χρήματα ἀντὶ τοῦ ὑιου;

καὶ γὰρ ὑπὲρ πόλεως τῆς. etc. Haec omnia Socratica sunt. Plane conveniunt, quae Socrates cum Aristippo disputat. M. S. II. c. 1. 2, 3 et seq.

LIB. II. CAP. VII.

οὐ μόνον ἀφαιρεῖν χάριν etc. Sunt corrupta. Ed. Scovii p. 181. τοῦ μόνον ἀφαιρεῖν χάριν quemadmodum esse legendum puto. At quia sequentia οὔτε γενείῳ πώγωνα minus bene pendere possunt a praecedentibus, addendum arbitror ἀφαιρετέον, ut et ex sequentibus patet, vel loco ita mederi possumus οὔτε γενείου πώγωνα οὐκ ἐνοχλητέον, ut ex Clemente Alexand. Paed. III. p. 183. C. patet cui fortasse haec Musoniana in mentem venerunt, dum docebat, qui cultus viris decorus esset: Ἐπεὶ δὲ οὐχ ὡραϊσμοῦ χάριν ἡ κουρὰ παραληπτέα, διὰ περίστασιν δὲ, τὰς μὲν τῆς κεφαλῆς τρίχας, ὡς μὴ αὐξομέναι ταῖς ὄψε-

σιν

σιν ἐμποδίζοιεν καταβαίνουσαι περικαρτέον, τὰς δὲ τοῦ γενείου, μηδέν τι παραλυπούσας οὐκ ἐνοχλητέον.

τὸν δὲ πώγωνα καὶ σύμβολον. Lucianus in Cynico p. 724. de Hercule et Theseo. τὸν πώγωνα κόσμον ἀνδρὸς ἐνόμιζον, ὥσπερ καὶ ἵππων χαίτην, καὶ λεόντων γένεια. Epictetus I. 16. πῶς δὲ οὐ καλὸν τὸ σύμβολον, καὶ εὐπρεπὲς καὶ σεμνόν; πόσῳ κάλλιον τοῦ τῶν ἀλεκτρυόνων λόφου; πόσῳ μεγαλοπρεπέστερον τῆς χαίτης τῶν λεόντων; cf. III. 1. 45. Clemens Alex. Paed. III. p. 166. τὸν δὲ ἄνδρα, καθάπερ τοὺς λέοντας γενείοις κοσμήσας, καὶ τοῖς λασίοις ἤνδρωσε στήθεσι. δεῖγμα τοῦτο ἀλκῆς καὶ ἀρχῆς. ταύτῃ καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας τοὺς ὑπερμαχοῦντας τῶν ὀρνίθων, καθάπερ κόρυσι τοῖς κάλλεσιν (i e λόφοις) ἐκαλλώπισεν. et 166. οὐ θέμις ἐκτῖλαί ποτε τὸ γένειον, τὸ κάλλος τὸ σύμφυτον τὸ γενναῖον κάλλος.

ἐλάττους in margine ἐλαττοῦν. Recte. Ita edidit quoque Scovius.

τῇ φύσει βοηθεῖν. etc. Dio Chrys. Or. XXXIV. p. 412. γενείων τὸ πρῶτον εὑρέθη κουρὰ, καὶ τοῦτό ἐδόκει μέτριον μὴ σφόδρα καθεῖκεναι, μηδ' ἐπὶ πλέον. ἀλλὰ πρᾴως ἐ π α ν ο ρ θ ο ῦ ν τ ὴ ν φ ύ σ ι ν. Barbarum primum inventa est tonsura et videbatur moderatum esse ne valide promitteretur, neque nimium sed leniter *corrigeretur natura.*

καλ-

καλλωπισμοῦ τοῦ τῶν γυναικῶν. Epictetus graviter increpat ejusmodi viros III. 1. 27. Ἀνὴρ εἶ, ἢ γυνή; Ἄνδρα οὖν καλλώπιζε, μὴ γυναῖκα. ἐκείνη φύσει λεία γέγονε, καὶ τρυφερά et 28. ἂν δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐκκόπτῃ καὶ ἀποτίλλῃ, τί αὐτὸν ποιήσομεν; ποῦ αὐτὸν δείξομεν; καὶ τί προγράψομεν; δείξω ὑμῖν ἄνδρα, ὃς θέλει μᾶλλον γυνὴ εἶναι, ἢ ἀνήρ. etc.

κειρόμενοι οὕτως ἄνδρες etc. Simile est apnd Epict. III. 1. 32. τίνι θέλεις ἀρέσαι, τοῖς γυναικαρίοις; ὡς ἀνὴρ αὐτοῖς ἄρεσον. Ναί. ἀλλὰ τοῖς λείοις χαίρουσιν. Imitatus est Musonium Clem. Alex. III. 864. ξύρεσθαι καὶ ἀποτίλλεσθαι καὶ λεαίνεσθαι τὰς γένυς πῶς οὐ γυναικεῖον;

κατεαγότες. Clem. Al. idem verbum usurpat de cinaedis Paed. II. p. 150. et de effeminatis III. p. 164. aureas fimbrias gestare σόφισμα κατεάγοτων ἀνθρώπων. Quintil. V. 9. Corpus vulsum, *fractum* incessum, vestem muliebrem dixerit mollis et parum viri signa.

ἀνδρόγυνοι. Hesychius explicat ἀσθενής, ἀνίσχυρος. Plato in Sympos. ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τοῦ τε ἄῤῥε- καὶ θήλεος νῦν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει τοὔνομα κείμενον. Dio Chrys. XXXIV. p. 413. τοιγαροῦν αὐτοὶ περικόπτομεν ἑαυτοὺς, καὶ τὰ μὲν γένεια, καὶ τὴν ἥβην ἀφαιροῦμεν, ἃ τῶν ἀνδρῶν ἴδια ἐστίν. εἰ δὲ ἦν δυνατὸν παρὰ τῶν γυναικῶν προσλαβεῖν ἕτερα,

ρα, δηλονότι παντελῶς τοῦτ' ἂν ἦμεν εὐδαίμονες. οὐ καθάπερ νῦν ἐνδεεῖς ὄντες ἀλλ' ὁλοκληρον τινες καὶ κατὰ φύσιν ἀνδρόγυνοι.

LIB. II. CAP. VIII.

θηρῶντες ἐρωμένους. Verbum *θηρᾷν* ut Latinorum *venari* admodum frequens est: pro allicere aliquem ad amorem. vid Burmannus ad Phaedr. IV. 4. 4.

ἡδονὴν θηρώμενα φιλήν. Voluptatem Sterilem. Dio Chrysostomus in istud flagitium graviter invectus vocat istos homines *οἰστρῶντας καὶ ἀκολάστους ἐπ' ἀτελεῖ καὶ ἀκάρπῳ συμπλοκῇ σωμάτων φθορὰν μᾶλλον, ἢ γενέσιν ἀποτελοῦντων.* Lucret IV. 1229.

pater a natis ne dulcibus unquam
Appelletur et ut *sterili* Venere exigat aevum.

Clemens Alex. Paed. II. p. 142. *φιλὴ ἡδονὴ παράνομος ἐστι.*

ἄπαντα μεγάλα etc. Sic legendum videtur *ἃ πάντα*, ut Gesnerus forte etiam legendum putavit, cum verterit: *quae omnia.*

παρὰ φύσιν τόλμημα. Ex Platone desumta dictio de Legg. I. p. 18. *ἐννοητέον, ὅτι τῇ θηλείᾳ καὶ τῇ ἀρσένων φύσει εἰς κοινωνίαν ἰούσῃ τῆς γεννησέως, ἡ περὶ ταῦτα ἡδονὴ κατὰ φύσιν ἀποδέδοσθαι δοκεῖ. ἀῤῥένων δὲ πρὸς ἀῤῥένας, ἢ θηλειῶν πρὸς θηλείας παρὰ φύ-*

φύσιν, καὶ τῶν πρώτων τὸ τόλμημα εἶναι δι' ἀκράτειαν ἡδονῆς. Tam foedae libidini dediti dicuntur apud Athenaeum p. 605. οἱ παρὰ φύσιν Ἀφροδίτῃ χρώμενοι, καὶ ἀσεβοῦντες εἰς τὴν θέον.

οὖσαι πρὸς θηλεῖας εἰσὶν etc. Cum οὖσαι et εἰσιν mera sit scabrities, corruptum hunc locum judico, et fortasse sic emendandum: ὅσαι δὲ μοιχείας ἐκτὸς συνουσίαι πρὸς θηλείας εἰσιν κ. τ. λ. Omnis autem coitus, quamvis cum muliere exerceatur, nisi legum auspicio fiat, ipse quoque turpis habendus est, quandoquidem non nisi intemperantia atque libidine peragitur· Ex innumeris fontibus, unde corruptelae in veteres libros profluxerunt, ille praecipuum locum tenet, cujusmodi exemplum dedimus: saepissime enim in Codd. voces una vel litera vel syllaba ab initio minores inveniuntur. *Jacobs* Animadv. in Stob. Cum hac Cl. Jacobsii conjectura plane consentio.

πλησιάζειν ὑπομείνειε. Saepe πλησιάζειν, ut ἅπτεσθαι, προσίεναι, προσέρχεσθαι, συνέρχεσθαι, ὁμιλεῖν per Euphemismum de re venerea usurpantur. Plutarchus de Cup. Div. p. 525. ed. Xyl. ὁ Σοφοκλῆς ἐρωτηθεὶς εἰ δύναται γυναικὶ πλησιάζειν. etc. In Lac. Inst. ἐρᾶν τῶν τὴν ψύχην σπουδαίων παίδων ἐφίετο, τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν νενόμιστο. De Lib. Ed. Cap. 10. ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι, ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πενελόπῃ πλησίαζειν μὴ δυνάμενοι, ταίς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις. Clem. Alex. Paed.

Paed. II. p. 142. Μωϋσῆς καὶ ταῖς γαμεταῖς αὐταῖς ἀπαγορεύει πλησιάζειν etc.

ἔντ' ἂν ἐλευθέρᾳ legatur ἀνελευθέρᾳ ut Mss. habent Ed. Scov. p. 180.

οὐδὲ πράττειν φανερῶς etc. Plato in Philebo circa finem. ἡδονὰς δέ γε που καὶ ταύτας σχεδὸν τὰς μεγίστας, ὅταν ἴδωμεν ὁντινοῦν ἡδόμενον, ἢ τὸ γελοῖον ἐπ' αὐταῖς, ἢ τὸ πάντως αἴσχιστον ἑπόμενον ὁρῶντες, αὐτοί τε αἰσχυνόμεθα, καὶ ἀφανίζοντες κρύπτομεν ὅτι μάλιστα, νυκτὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διδόντες, ὡς φῶς οὐ δέον ὁρᾶν αὐτά. Cicero Off. I. 30. Si quis est paulo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam.

ἐλπίδα παίδων οὐδενὸς διαφθείρει. Excidisse suspicor γνησίων cum adulter non tam spem prolis adimat, quam quidem genuinae. Sic apud Stobaeum mulier philosophiae dedita Pythagorea Phintys p. 444. de temperantia mulieris agens dicit de adultera ἀδικεῖ γενεθλίους θεοὺς, οἴκῳ καὶ συγγενείᾳ οὐ γνασίους ἐπικούρους, ἀλλὰ νόθους παρεχομένα.

ὡς πᾶς ὅστις. Clemens Alexand. Paed. II. 145. πᾶς ὃς ἁμαρτάνει καὶ ἀδικεῖ, οὐχ' οὕτως τὸν πέλας βλάπτει, ὡς ἑαυτὸν, ὅτι πάντως ἑαυτὸν χείρονα ἀποφαίνει. ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, παρ' ὅσον ἁμαρτάνει χείρων καὶ αὐτὸς αὐτοῦ.

ἀκολασίαν γε πᾶσαν ἀνάγκη. Ita in textu Gesneri legitur, quemadmodum etiam in Ed. Scovii p. 179. Legendum conjicio πᾶσα. Plato in Theaeteto cap. 1. εἶπε τε ὅτι πᾶσα ἀνάγκη εἴη τοῦτον ἐλλόγιμον γενέσθαι. de Rep. V. p. 209. οὐ μόνον γε, ὦ φίλε, εἰκὸς, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἀνάγκη. Phaedon. p. 115. μηδὲ κοινωνῶμεν, ὅ, τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη. Epinomis p. 483. ἀριθμὸν μὲν ἀνάγκη πᾶσα ὑποτίθεσθαι. Musonius apud. Stob. p. 337. τὸν μὲν βασιλέα τὸν ἀγαθὸν ἀνάγκη πᾶσα, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ εἶναι ἀναμάρτητον. Et sic in sexcentis aliis locis; nam nihil frequentius hac dictione. Ceterum quod attinet ad vitium ἀκολασίας, de eo ita Gellius N. A. XIX. 2. Sed enim, quae nimia ex gustu et tactu est, ea voluptas, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium rerum foedissima est; eosque maxime, qui duabus istis belluinis voluptatibus sese dediderunt, gravissimi vitii vocabulis Graeci appellant vel ἀκολάστους vel ἀκρατεῖς, nos eos incontinentes dicimus vel intemperantes. Musonium imitatus Clemens Alex. Paed. II. p. 145. πάντως δὲ ἤδη που καὶ ἀκολασία πρόσεστι τῷ ἡττωμένῳ αἰσχρᾶς ἡδονῆς.

μολύνεσθαι ὥσπερ ὗες. Socrates apud Xenoph. M. S. I. 2. 30. de Critia ἔφη, ὅτι ὁι ὑϊκὸν δοκόιη πάσχειν ὁ Κριτίας, ἐπιθυμῶν Ἐυθυδήμῳ προσκνήσασθαι, ὥσπερ τὰ ὑΐδια τοῖς λίθοις.

ὅτι βούλεται legendum ὅ, τι β. in quacumque re.

Φαί-

φαίνωνται ὄντες καὶ κακίονες. Manca oratio, quam male supplevit Interpres. Lego ἂν μέντοι ἀκρατέστεροι φαίνωνται, καὶ κακίονες εἶσι vel ἔσονται. *Geelius.* — Mihi excidisse videtur incuria librariorum post ὄντες verbum φαίνονται et res esse expedita.

LIB. III. CAP. I.

Hoc caput duobus constat fragmentis, quae diversis apud Stobaeum locis exstant Serm. 67 et 68. Quia proxime mihi cohaerere videntur, in unum redegi, et lineola discrevi.

κεφάλαιον εἶναι etc. Omissum est ἔφη sive ἔλεγε.

ποιεῖσθαι. Gesnerus in margine τεκνοποιεῖσθαι conjicit. Praefero παιδοποιεῖσθαι. Facilius enim ob similitudinem literarum illud παιδο quam τεκνο potuit omitti. Epictetus II. 11. 2. οὐ γὰρ δὴ τούτου ἕνεκα γαμοῦσιν οἱ ἄνθρωποι καὶ παιδοποιοῦνται etc. II. 20, 27. εἶτα οἱ λέγοντες ταῦτα γαμοῦσι, καὶ παιδοποιοῦνται etc. III. 21, 5. γάμησον, παιδοποίησον, πολίτευσαι. Hierocles opud Stobaeum p. 449. ὅθεν γαμοῦντες μὲν καὶ παιδοποιούμενοι πράττοιμεν ἂν etc.

ἕκαστος suspectum· Praefero ἑκατέρος. cujus convictus cupidus uterque (vir et mulier). Eadem ratione Stobaeus Eclog. II. VII. p. 324. ed. Heeren. Συνέρχεται γὰρ τῷ θήλει τὸ ἄῤῥεν κατὰ πόθον τεκνώσεως

 καὶ

καὶ τῆς τοῦ γένους διαμονῆς. Ἐφίεσθαι γὰρ ἑκάτερον γεννήσεως.

εἰσὶν ἐπὶ γάμον. In margine Gesnerus εἶσιν posuit; quae lectio vera est. In capite proxime sequente dixit πρὸς γάμον ἰών.

οὕτω μὲν etc. Cum οὕτω minus bene respondeat praecedenti ὅπου, forte legendum est ἀυτοῦ ibi, illic pro οὕτω.

ὁ γάμος, ᾗ προσήκει ἀξιοζήλωτος etc. Eurip. in Oreste vs. 594.

Γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθιστᾶσι βροτῶν,
Μακάριος ἀιών, οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ
Τάτ' ἔνδον εἰσὶ τάτε θύραζε δυστυχεῖς.

Homerus Odyssea VI. vs. 182.

οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή.

ὀυκ εἰς γένος ἀφορᾶν etc. Menandri Fragm. p. 230.

Ὀυκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηδὲν χρήσιμα
Τις ἦν ὁ πάππος, ἧς γαμεῖ, τιτθὴ δὲ τις
Τὸν δὲ τρόπον ἀυτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς
Βιώσεται. etc.

Nicostratus apud Stobaeum p. 426. et Antipater p. 427. fere eadem, quae Musonius, de uxore eligenda praecipiunt.

ὡς

ὡς τὰ σώματος. Forte legendum ὅσα τὰ σώματος.

ποία δέ κοινωνία χρηστὴ suspicor legendum esse κοινωνία ἀχρηστῶν.

ἔστι δὴ καὶ ὁ πονηρὸς τῷ τε πονηρῷ οὐ φίλος. Clemens Alexand. Strom. V. p. 433. Φησιν ἐν τῷ Φαίδρῳ Σωκράτης, ὡς οὐχ εἵμαρται κακὸν κακῷ φίλον εἶναι, οὐδ' ἀγαθὸν ἀγαθῷ μὴ φίλον. ὅπερ κἂν τῷ Λυσίᾳ ἀπέδειξεν ἱκανῶς, ὡς ἐν ἀδικίᾳ καὶ πονηρίᾳ οὐκ ἄν ποτε σωθείη φιλία. καὶ ὁ Ἀθηναῖος ξένος ὁμοίως φησὶ πρᾶξιν εἶναι φίλην καὶ ἀκόλουθον θεῷ καὶ ἕνα λόγον ἔχουσαν ἀρχαῖον, ὅτ' ἂν τὸ μὲν ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ μετρίῳ ὄντι φίλον ᾖ. τὰ δὲ ἄμετρα οὔτε τοῖς ἀμέτροις, οὔτε τοῖς ἐμμέτροις. Ita Plato in Lyside τοῦτο τοίνυν αἰνίττονται, ὡς ἐμοὶ δοκοῦσιν, οἱ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον λέγοντες, ὡς ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ μόνος μόνῳ φίλος, ὁ δὲ κακὸς οὔτε κακῷ οὐδέποτε εἰς ἀληθῆ φιλίαν ἔρχεται.

LIB. III. CAP. II.

Οὐδὲ Κράτητι. Epict. III. 22, 76. ἀλλὰ Κράτης ἔγημε. vid. ibi Upton.

Κράτης ἄοικος, ἀκτήμων. De Cratete, qui omnia sua civibus distribuit, et Thebas patriam reliquit vid. Aelian. V. H. III. 6 atque ibi Perizon. et Diog. Laërt. in Vita et quae V. V. D. D. annotarunt.

ἡγεμὼν καὶ πάντων l. *καὶ ἡγεμὼν.*

τῶν κατὰ φύσιν ἀνθρώπων προσηκόντων. In margine annotatur forte *ἀνθρώποις.* Malim *ἀνθρώπῳ* ut infra III. 7. *ἀγαθοὺς τὴν ἀνθρώπῳ προσήκουσαν ἀρετήν.*

ὁ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργὸς πρῶτον μὲν ἔτεμε etc. Epicteti locus I. 6. 9. maxime convenit. *τό δ' ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ, καὶ προθυμία ἡ πρὸς τὴν συνουσίαν ἑκατέρου, καί δύναμις ἡ χρηστικὴ τοῖς μορίοις τοῖς κατεσκευασμένοις, οὐδὲ ταῦτα ἐμφαίνει τὸν τεχνίτην;* Clemens Alex. Strom. II. p. 308. *ἡ φύσις ἡμᾶς ἐποίησεν εὐθέτους πρὸς γάμον. ὡς δῆλον ἐκ τῆς σωμάτων κατασκευῆς, τῶν ἀῤῥένων καὶ τῶν θηλειῶν.*

γένος ἡμῶν ἀΐδιον ᾖ. Haec secundum sententiam Platonis. In Conv. p. 258. *ἡ Ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστι. ἐστὶ δὲ τοῦτο θεῖον τὸ πραγμα. καὶ τοῦτο ἐν θνητῷ ὄντι τῷ ζώῳ ἀθάνατόν ἐστι, ἡ κύησις καὶ ἡ γέννησις.* et pag. 259. *ἐνταῦθα γὰρ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεὶ τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. δύναται δὲ ταύτῃ μόνον τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ.* de Legg. lib. 4. 135. *διανοηθέντα ὡς ἔστιν ᾗ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας.* Columella in Praef. ad lib. XII. ait: ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum femina esse conjunctum. Plutarchus de amore illicito loquens lib. Amat. p. 752. *λοιδορεῖ καὶ προπηλακίζει τὸν γαμήλιον ἐκεῖνον καὶ τυ-*

συνεργὸν ἀθανασίας τῷ θνητῷ γένει, σβεννυμένην ἡμῶν τὴν φύσιν εὐθὺς ἐξανάπτοντα διὰ τῶν γενέσεων. Clemens Al Strom. II. p. 308. Πλάτων μὲν οὖν ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τάττει τὸν γάμον. ἐπισκευάσας τὴν ἀθανασίαν τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ οἱονεὶ διαμονήν τινα παισὶ μεταλαμπαδευομένην.

ποιεῖν καὶ τὰ τοῦ πέλας. etc. Hominem non esse ἀκοινώνητον statuerunt recte Stoici. vid. Marcus Antoninus III. 5. ibique Gatakerus. Epicuri decretum fuit οὐ γαμητέον. ἀλλ' οὐδὲ παιδοποιητέον, ἀλλ' οὐδὲ πολιτευτέον. Egregie Cicero Ep. Lib. VII. 12 ad Trebatium. Hunc Epicureum factum ita reprehendit: quonam modo jus civile defendes cum omnia tua causa facias, non civium? Ubi porro erit illa formula fiduciae, ut inter bonos bene agier oportet? Quis est enim bonus, qui facit nihil, nisi sua causa? Quod jus statuis communi dividundo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur? — De Fin. III. 19. Ex hoc nascitur, ut etiam communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri.

τὸν ἄνθρωπον λύκου μηδὲν etc. Cicero de Fin. III. 19. Ut enim in membris alia sunt tanquam sibi nata, ut oculi, ut aures: aliqua etiam ceterorum membrorum usum adjuvant, ut crura, ut manus; sic immanes quaedam bestiae sibi solum natae sunt.

Lucianus Tim. p. 136. *μονήρης ἡ δίαιτα καθάπερ τοῖς λύκοις.* Huic enim generi animalium maxime propriam solitariam vitam scribunt naturalis historiae auctores.

ἀνθρωπείαν φύσιν μελίσσῃ. Aristoteles Polit. I. 2. *διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου μᾶλλον, δῆλον.* Plato in Phaed. cap. 31. Cum dixerat Socrates intemperantes post mortem in asinorum naturam, injustos in luporum transire, tandem declarat probos fas esse *εἰς τοιοῦτον πάλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικόν τε καὶ ἥμερον γένος, ἤ που μελιττῶν.* Cicero de Fin. III. 19. itemque formicae, apes, ciconiae aliorum etiam causa quaedam faciunt. — Lycurgus apud Plutarchum in vita cap. 25. *τὸ δὲ ὅλον εἴθιζε τοὺς πολίτας μὴ βούλεσθαι, μήτ᾽ ἐπίστασθαι κατ᾽ ἰδίαν ζῆν, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰς μελίσσας τῷ κοινῷ συμφυεῖς ὄντας.*

ἀρχὴ δὲ οἴκου περιβολῆς γάμος, etc. Cicero de Off. I. 17. Nam cum sit hoc commune animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso conjugio est: proxima in liberis: deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium urbis et quasi seminarium reipublicae.

ὁ ἀναιρῶν ἐξ ἀνθρώπων γάμον ἀναιρεῖ. Plane *ἀναιρεῖν* hic occurrit ut *tollere* apud Cic. be Amic. 13. Solem enim e mundo *tollere* videntur, qui amicitiam e vita *tollunt.* Plato de Legg. IV. p. 135.

φέ-

φέρε δὴ πρὸς θεῶν, τίν' ἄρα πρῶτον νόμον θεῖτ' ἂν ὁ νομοθέτης, ἆρ' οὐ κατὰ φύσιν, τὴν περὶ γενέσεως ἀρχὴν πρώτην πολέων πέρι κατακοσμήσει ταῖς τάξεσι; ΚΛ. Τί *μήν;* ΑΘ. Ἀρχὴ *δ' ἐστὶ τῶν γενέσεων πάσαις πόλεσιν ἆρ' οὐχ ἡ τῶν γάμων σύμμιξις καὶ κοινωνία;* ΚΛ *πῶς γὰρ οὔ;* Cicero de Fin. V. 23. In omni autem honesto, de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quam conjunctio inter homines hominum, et quasi quaedam societas et communicatio utilitatum, et ipsa caritas generis humani; quae nata a primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur, et tota *domus conjugio* et *stirpe conjungitur*, serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, diende amicitiis; post vicinitatibus; tum *civibus*. Stobaeus Eclog. II. 7. 322. Πολιτεία *δὲ πρώτη σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον ἐπὶ τέκνων γενέσει, καὶ βίου κοινωνία.* Τοῦτο *δὲ προσονομάζεται μὲν οἶκος, ἀρχὴ δὲ πόλεώς ἐστι.*

ποῖος γὰρ ἕτερος ἑτέρῳ. etc. Recte in margine Gesneri *ἑταῖρος ἑταίρῳ.* Sic quoque Xenophon fere eandem facit divisionem in amicitiis. Hieronis cap. III. 7. *βεβαιόταται μὲν γὰρ δήπου δοκοῦσι φιλίαι εἶναι γονεῦσι πρὸς παῖδας, καὶ παισὶ πρὸς γονέας, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀδελφοὺς, καὶ γυναιξὶ πρὸς ἄνδρας, καὶ ἑταίροις πρὸς ἑταίρους.* Plutarchus Lib. Amat. p. 776. *ἑνότητα δὲ ὃν ποιοῦσα τοιαύτην, οἵαν ἔρως ποιεῖ, γαμικῆς κοινωνίας ἐπιλαβόμενος. οὔτε γὰρ ἡδοναὶ μείζονες ἀπ' ἄλλων, οὔτε χρεῖαι συνεχέστεραι πρὸς ἄλλοις,*

 οὔτε

οὔτε φιλίας τὸ καλὸν ἑτέρας ἔνδοξον οὕτω καὶ ζηλωτὸν, Ὡς ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή.

κοινὰ εἶναι πάντα. Respexit illud Pythagoricum *τὰ τῶν φιλῶν κοινά.* Cicero de Leg. I. 12. Unde est illa Pythagorea vox *τὰ τῶν φιλῶν κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα.* ex quo perspicitur, cum hanc benevolentiam tam longe lateque diffusam vir sapiens in aliquem pari virtute praeditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile videatur, sit autem necessarium, ut nihilo sese plus, quam alterum diligat. Menandri Fragm. p. 4.

Τὰ τῶν φίλων κοίν' οὐ μόνον τὰ χρήματα
Καὶ νοῦ δὲ καὶ φρονήσεως κοινωνία.

Plutarchus in Praec. Conjug. p. 422. ed. Hutt. *ὁ Ῥωμαῖος νομοθέτης, ἐκώλυσε δῶρα διδόναι καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων τοὺς γεγαμηκότας, οὐχ ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνωσιν, ἀλλ' ἵνα πάντα κοινὰ νομίζωσι.* Hierocles apud Stobaeum p. 416. *ζεῦγος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, συγκαθειμαρμένων ἀλλήλοις καὶ καθιερωμένων θεοῖς γαμηλίοις, γενεθλίοις, ἐφεστίοις, συμφωνούντων μὲν ἀλλήλοις, καὶ πάντα κοινὰ πεποιημένων, μέχρι καὶ τῶν σωμάτων, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ψυχῶν.* *Antipater* apud Stobaeum p. 517. *οὐ μόνον τῆς οὐσίας, καὶ τῶν φιλτάτων πᾶσιν ἀνθρώποις τέκνων καὶ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν σωμάτων οὗτοι μόνοι κοινωνοῦσι.*

φίλ-

φίλτερος τῶν ἑαυτοῦ τέκνων etc. Nieuwlandus opinatus est legendum *τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις.* Idem conjecit Geelius. Forte pro *φίλτερος* ponendum *φίλτρου.* Sic *φίλτρον* de summa benevolentia et amicitia invenitur apud Aelianum V. H. XII. 1. p. 670. *δεινὴ γὰρ ἡ εἰς Κύρον εὔνοια ἐντακεῖσα τῇ Ἀσπασίᾳ δυσέκνιπτον ὥσπερ μάλιστα τό φίλτρον ἐνείργαστο αὐτῇ.* Cf. I. 30. p. 45. ubi vid. Perizonius. Ab Hesychio *φίλτρον* explicatur per, *φιλία.* quod melius in nota interpretatur Lex. Cyrilli *ἡ ἐνδιάθετος περὶ τὸ καταθύμιον σχέσις.* — Quod si ita legatur, quemadmodum conjeci, sententia huc redit: *Neque mater aut pater prudens postulet (a liberis) intimam amicitiam* sive *amorem illum penitus animo infixum, qui est inter natos conjunctos matrimonio.* — Ut Musonius testimonio hoc comfirmet, proponit Alcestidem, quae multo magis maritum suum Admetum amabat, quam parentes filium, cum, quod hi recusabant, illa non dubitaret pro marito mori.

Ἄδμητος δόσιν Plato in convivio p. 218. *τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου, εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐθελήσασα μόνη ὑπερ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, ὄντων πατρός τε καὶ μητρὸς.* ubi vid. Scholiastes. Cf. Eurip. in Alcest.

ζῆσαι διπλασίῳ χρόνῳ. Geelius conjecit legendum *διπλα-*

πλα-

πλασίον χρόνον, a quo non dissentio, cum apud Euripidem in Alcestide vs. 294 ita legatur:

Κἀγώ τ' ἂν ἔζην καὶ σὺ τὸν λοιπὸν χρόνον.

πρώτη μὲν Ἥρα etc. Hinc Juno cognominabatur Γαμήλιος. vid. praeter alios Dio Chrys. Or. 7. p. 126. — Plato in Conv. p. 125 Amorem quoque in deos magnos refert. Phaedrus aliis quibusdam diis hymnos et paeanes esse a poëtis factos dicit, sed nullum poëtarum hymnum vel encomium composuisse Ἔρωτι τηλικούτῳ καὶ τοσούτῳ θεῷ et pag. 217. Φαῖδρον ἀρξάμενον λέγειν· ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως. De Junone pronuba et τελεία quoque dicta vid. Heerenius ad Stob. Ecl. II. 7. p. 55.

LIB. III. CAP. III.

Hoc caput duobus constat fragmentis, quae exstant apud Stobaeum Serm. 82 et 73, quaeque cohaerere mihi videbantur; lineola igitur discrevi.

ὅμως τολμῶσι τὰ ἐπιγινόμενα τέκνα etc. In eandem fere sententiam Hierocles apud Stobaeum p. 488. κατὰ φύσιν πῶς καὶ ἀκόλουθον τῷ γάμῳ τὸ πάντα, ἢ τα γε πλεῖστα τῶν γενομένων ἀνατρέφειν. ἀλλ' ἐοίκασιν οἱ πλείους ἀπιθεῖν τῇ παραινέσει δι' αἰτίαν οὐ μάλα πρεπώδη. διὰ γὰρ φιλοπλουτίαν, καὶ τὸ πάμμεγα κακὸν ἡγεῖσθαι τὴν πενίαν, τοῦτο πάσχουσι.

χρή-

χρήματα μὲν γὰρ ἐπιβουλὰς etc. Haec sumta sunt e Xenophontis M. S. II. 3. 1. *καὶ συ εἶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, οἵ χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα ἢ ἀδελφοὺς, καὶ ταῦτα, τῶν μὲν, ἀφρόνων ὄντων, τοῦ δὲ φρονίμου· καὶ τῶν μὲν βοηθείας δεομένων, τοῦ δὲ βοηθεῖν δυναμένου.*

καὶ οὔτε φίλον ἀγαθὸν. etc. Locus mutilus est, et forsan sic restituendus, *καὶ οὔτε φίλον ἀγαθὸν ἀδελφῷ παραβάλλειν ἐστὶ, οὔτε τὴν βοηθείαν ἀπ' ἀνθρώπων ἑτέρων ο. τ. κ. ι. τῇ ἀδελφῶν* neque enim amicus fratri comparandns est, neque auxilium quod alii praestant ei, auxilio quod a fratre nobis praestatatur. Παραβάλλειν saltem confirmatur iis, quae sequuntur. *τί δ' ἂν τις παραβάλλοι καλόν εὐνοίᾳ τῇ ἐξ ἀδελφοῦ·* *Jacobs* Observ. in Stob. p. 283. *Geelius* conjecit *καὶ οὔτε φίλον, ἢ ἀγαθὸν ἀδελφῷ πάρα* (pro *πάρεστι*) *ἀπ' ἀδελφῶν.* *Gesnerus* in margine annotavit: alias inseritur *τὸν*, scilicet post *παρὰ*. Hinc locus ita mihi corrigendus videtur *οὔτε φίλον ἀγαθὸν ἀδελφὸς κτᾶται ἀπ' ἀνθρώπων ἑτέρων ὁμοιόν τε καὶ ἴσον τῷ ἀπ' ἀδελφῶν.* Sive *ο. φ. ἀ. ἀδελφῷ παραγίνεται ἀπ' ἀνθρώπων* etc. Conferatur Xenoph. M. S. II. 3. 3. 4. et Cyrop. l. VIII. c. VII. 14, 15, 16. quae loca Musonio, haec dicenti, in mentem venisse videntur.

οἱ δὲ νομοθέται etc. Aristoteles Polit. II. 7. de Lycurgo. *βουλόμενος γὰρ ὁ νομοθέτης ὡς πλείστους εἶναι τοὺς Σπαρτίατας, προάγεται τοὺς πολίτας ὅτι πλείστους*

τους ποιεῖσθαι παῖδας. ἔστι γὰρ ἀυτοῖς νόμος τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς ὑιοὺς ἄφρουρον εἶναι, τὸν δὲ τέτταρας ἀτελῆ πάντων. A. Gellius N. A. II. 15. apud quos (Lacedaemonios) Lycurgi legibus major rerum omnium honor majori aetati habebatur. Sed postquam suboles civitati necessaria visa est et ad prolem populi frequentandam *praemiis* atque *invitamentis* usus fuit: tum antelati quibusdam in rebus, qui uxorem quique liberos haberent, senioribus neque uxores neque liberos habentibus. — Lege Julia, sive potius ea lege, quam Augustus tulit, praemia sunt proposita multitudini liberorum vid. Gronovius ad l. l. Plutarchus in Lib. Amat. p. 750. *Ἀισχιστα δὲ καλεῖς γάμον καὶ σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἧς οὐ γέγονεν, οὐδ' ἐστὶν ἱερωτέρα κατάζευξις; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀναγκαῖα πρὸς γένεσιν ὄντα σεμνύνουσιν οὐ φαύλως ὁι νομοθέται καὶ κατευλογοῦσι πρὸς πόλλους.*

βλαβερώτερον. Gesnero magis placet *βλαβερώτατον.* Praeterquam quod terminationes *τερος* et *τατος* per compendia literarum ambigue scriptae saepe inter se mutatae sunt: crebro tamen etiam comparativum pro superlativo usurpatum esse praeter alios egregie docet Hermannus ad Vigerum p. 719, 56. Itaque non necesse est mutari *βλαβερώτερον* in *βλαβερώτατον.*

ἀμβλίσκειν. Partum abigere, idem quod *ἐξαμβλοῦν* de quo vid. Ruhnkenius ad Timaeum p. 107, Stobaeus

baeus Ecl. II. c. 8. p. 334. ed. Heeren. *καὶ τὸ νομοθετεῖν δὲ μηδὲν ἐκτρέφειν πεπηρωμένον, μηδ' ἐκτιθέναι τέλειον, μηδ' ἐ ξ α μ β λ ο ῦ ν συμφορώτατον δήπου.*

νομοθετῶν θείων καὶ θεοφιλῶν etc. Legumlatores olim divino honore dignos habitos esse constat; ideo Plato in Minoe p. 567. vetat, ne quid impii in *θείους ἄνδρας*, quales erant Aeacus, Minos et Rhadamanthus legumlatores, fiat.

χειραγωγούντων τοὺς γονεῖς etc. Eodem modo Hierocles apud Stobaeum p. 449. *καλὸν δὲ πάππος ὑπὸ σφετέρων ἐκγόνων χειραγωγούμενός τε, καὶ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας ἀξιούμενος.*

LIB. III. CAP. IV.

Τὸ *ἀπειθεῖν ὁποῖον* etc. More Socratico, quo opposita re prius ponenda, id, de quo agitur, eo clarius eluceat. Sic Socrates apud Xenophontem de justitia locuturus cum Euthydemo prius agit de rebus ad injustitiam pertinentibus. M. S. IV. 2, 14.

μέλλον εἰ λάβοι. Legendum *μέλλων.*

κελευόμενος ὑπ' αὐτοῦ κλέπτειν. A. Gellius II. 7. Quae sua vi recta aut honesta sunt, ut fidem colere. ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet, sive imperet, sive non imperet. *Sed quae his contraria, quaeque turpia et omnino iniqua sunt, ea ne si imperet quidem.*

ἔχει

ἔχει μὲν ἐναντίως τούτῳ. Statim sequitur καὶ ἐναντίος ἐστίν, quod forte delendum.

ἀπειθεῖν κ. ο. α. λοιδορία ἐστὶ καὶ ὄνειδος. Adumbravit illud Hesiodeum. Op. et D. vs. 312.

Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.

Memorant etiam Xenophon M. S. I. 2, 56 et Plato in Charmide cap. 23. p. 84.

ταῦτα μὴ δρᾶν. Conjicio τοῦ ταῦτα etc.

τὸν αὐτοῦ πατέρα. Pro αὐτός τὸν αὐτοῦ π. Ita Sophocles Oedip. Colon. vs. 929. συ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὐτοῦ. Helidor Aeth. VIII. 3. δικαιῶν ἀνακομίζεσθαι τὴν αὐτὸς αὐτοῦ παρακαταθήκην. XX. N. 3.

κοσμιώτατος καὶ πρᾳότατος etc. Similem Pamphili filii indolem praedicat pater apud Terentium And. I. 1.

Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati.
Cum quibuscumque erat una, iis se dedere.
Nieuwland.

ὀυχ ὑπερβαίνων δὲ τὸ Φαινόμενον καλὸν. Gesnerus male vertit: trutinabit ea quae specie honesta videntur, Imo: non violans id quod revera bonum pulchrumque apparet. Φάινεσθαι enim non tantum videri, sed saepius etiam apparere, constare significat,

cat, ut saepe idem valeat atque *εἶναι*. vid. Vigerus de Idiot p. 312. ed· Herm. atque ibi Hogeveen.

ζηλωτὸν εἶναι καὶ μακαριστὸν πατέρα. Sic pater Simo apud Terentium And. I. 1. 69.

— Uno ore omnes omnia
Bona dicere et laudare fortunas meas
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum

Nieuwland.

ἁπάντων πατὴρ ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν. Est summus ille Deus, quem creatorem omnium hominum, et Deorum statuerunt Stoici. Epict. I. 3. *ει τις τῶ δόγματι τούτῳ συμπαθῆσαι κατ' ἀξίαν δύναιτο, ὅτι γεγόναμεν ὑπὸ θεοῦ πάντες προηγουμένως, καὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἐστι τῶν τ' ἀνθρώπων καὶ τῶν θεῶν, οἶμαι ὅτι οὐδὲν ἀγεννὲς, οὐδὲ ταπεινὸν ἐνθυμηθήσεται περὶ ἑαυτοῦ.*

ὁ τοῦ θεοῦ. Gesnerus in margine *δίος*. Eodem redit, utrum legas. Epictetus in lib. I. Diss. 3. Summum illum Deum modo *θέον* modo *Δία* appellat.

εἶναι ἀγαθὸν τῷ φιλόσοφον εἶναι ταὐτόν ἐστιν. Idem sentit Dio Chrys. XIII. p. 227. *καὶ οὕτω δὴ παρεκάλει πρὸς τὸ ἐπιμελεῖσθαι, καὶ προσέχειν αὐτῷ τὸν νοῦν καὶ φιλοσοφεῖν. ᾔδει γὰρ ὅτι τοῦτο ζητοῦντες οὐδὲν ἄλλο ποιήσουσιν, ἤ φιλοσοφήσουσι. τὸ γὰρ ζητοῦν καὶ φιλοτιμεῖσθαι, ὅπως τίς ἔσται καλὸς καὶ ἀγαθὸς, οὐκ ἄλλο τι εἶναι, ἤ τὸ φιλοσοφεῖν.*

διάνοιαν καλοῦμεν. Stoici appellabant hanc summum animi virtutem *νοῦν*, *τὸ ἡγεμονικὸν* quod Cicero de Nat. Deor. II. 11. *principium animi* vocat. et de Fin. V. 12. *praestantiam mentis*, cui tota hominis natura pareat, in qua sit mirabillis quaedam vis rationis et cognitionis et scientiae virtutumque omnium. et lib II. 34. Quae autem est illa causa erroris tanti, tam longe lateque diffusi, nisi quod is, qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum *ea parte animi, in qua inest ratio atque consilium*, sed cum cupiditate i. e. animi levissima parte deliberat. Cf. *Schweighaüser* ad Epict. I. 20, 11.

ἐν ὀχυρότατῳ ἵδρυσεν etc. Cicero Tusc. Quaest. I. 9. Alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem. Antoninus. VIII. 48. ait *ἀκαταμάχητον γίνεσθαι τὸ ἡγεμονικὸν* vid. Gatak. et Nieuwland in Diss.

τρίβωνα πάντως ἀμπέχεσθαι etc. Plutarchus de Iside: *οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσι.* A. Gellius IX. 2. Ad Herodem Atticum consularem virum ingenioque amoeno, et Graeca facundia celebrem adiit, nobis praesentibus, palliatus quispiam et crinitus, barbaque prope ad pubem porrecta, ac petiit aes sibi dari *εἰς ἄρτους.* Tum Herodes interrogat, quisnam esset. Atque ille vultu sonituque vocis objurgatorio philosophum sese esse dicit; et mirari quoque addit,

cur

cur quaerendum putasset, quod videret. Video, inquit Herodes, barbam et pallium; philosophum nondum video. — *Pallium* enim et *barba* erant insignia Cynicorum et ad eorum imitationem, etiam Stoicorum vid. Upton. ad Epict. IV. 8. 5. Admonitioni Musonianae simillima sunt, quae Seneca Ep. 5 de vitanda vana ostentatione scribit: Asperum cultum, et intonsum caput et negligentiorem barbam et quidquid aliud ambitionem perversa via sequitur, devita. Satis ipsum nomen Philosophiae, etiamsi modeste tractetur, invidiosum est. Quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere. Cf. ibi Lipsius.

LIB. III. CAP. V.

Hanc Dissertationem et tres sequentes Wyttenbachius primus in lucem edidit in Philom. Lib. I. et. II.

ζητεῖν ἀποδείξεις. Sic dedimus flagitante sententia, pro vitiosa lectione Ms. *ἐπιδείξεις. Wyttenbach.*

ἐφ' ὃ μέντοι. Si sanum est, rariorem hic habet vim, quae respondet Latino *tandem, demum, omnino*: ut sententia sit, *per paucas demonstrationes eos adducens, quoqunque tandem vult.* Quae vis exstat

in venustissimo Platonis Loco Phaed. p. 340 F. ὄμνυμι γάρ σοι, τίνα μέντοι, τίνα θεῶν, ἐι βούλει, τὴν πλάτανον ταυτηνί. Sic enim interrogative scribendum. *Juro enim tibi quemnam tandem, quemnam. Deorum, si vis, hancce platanum.* Unde sumsit Aristaenetus Ep. II. 2. ὄμνυμι δέ σοι, φιλτάτη, τίνα μέντοι θεῶν, ἐι βούλει. — Secutus est Maximus Tyrius Diss. 321. p. 377. Βούλομαι καθ' Ὅμηρον ἀυτὸν παρακαλέσαι ἐπὶ τὸν λόγον, τίνα μέντοι θεῶν, ἢ τὴν ἀυτὴν ἐκείνῳ Καλλιόπην; vulgo sine interrogatione legitur τίνα. Libanius Orat. IX. p. 252. A. τίνα μέντοι τίνα θεῶν ἀιτιατέον. Similiter interrogationi adjungit Plato in Phaedro p. 351. A. 353. A. Charmide 238 B. Eubulus Comicus in Excerpt. Grot. p. 650. χρήστη τίς ἦν μέντοι, τίς; proba mulier quae tandem fuit, quae? Diog. Laert. IV. 66. τί μέντοι, τί; quid tandem? quid? Aristophanes Nubes 785. *Wyttenbach.*

ὄντι γε ὑγιῶς. Legendum vel ἔχοντι γε ὑγιῶς, vel ὄντι γε ὑγιεῖ i. e. eo citius assentietur placito, si quidem verum sit. *Wyttenbach.*

Θεοὺς μὲν οὐκ. Illud οὐκ delendum. *Wyttenbach.*

πρὸς μόνα δὲ τῶν ἀποδείξεων. Legendum videtur πρὸς ἃ μόνα δεῖ τῶν ἀποδείξεων. i. e. ad quae, nimirum incertas et obscuras res, sola opus est demonstrationibus. *Wyttenbach.*

αὐτόθεν γνώριμα. Quae per se ipsa innótescunt, sponte agnoscuntur. Sic *αὐτόθεν* usurpatur, ut opponatur ei quod *aliunde* venit, *procul*, *ἀπώθεν* est, cum loco tum tempore: variosque in hoc genere habet usus. Musonius apud Stobaeum. S. 17. p. 160. de cibis, *οἷς αὐτόθεν χρῆσθαι ὑπάρχοι, δίχα πυρός* — Xenoph. M. S. II. 8. 3. Plato Legg. IX. p. 660. B. Plutarchus saepe Moral. p. 57. B. 131. F. 363. C. 377 C. 392 E. 711. F. 714. D. 726. B. 728. B. 734 C. 819 D. 830. A. 993. A. 1020 B. alibi etiam. Conferatur Uptonus in Indice ad Epictetum. Plautus dixit *ex hoc loco.* Trucul. II. 4. 89. — Iam modo ex hoc loco jubebo ad istam quinque perferri minas: ubi haec est Salmasii animadversio, Ex loco vel e loco est quod Graeci dicunt *αὐτόθεν*: e loco mittam *αὐτόθεν πέμψω* unde est *αὐτόθεν καταβάλλειν* e loco solvere h. e. praesenti pecunia: significatio enim loci, brevitatem temporis notat. *Wyttenbach.*

γνώριμον τούτῳ. Mutandum in *τοῦτο.* i. e. hoc *λῆμμα.* Est autem in syllogismo *propositio* vulgo *major* dicta: ad hanc adjungitur *assumtio* seu *minor*: i. e. *τούτῳ προσλαμβάνεται πρόσληψις.* Haec tria Stoicis et vel e Diogene Laertio nota VII, 76. *Wyttenbach.*

τὰς ἡδονὰς οὐχ αἱρετέον εἶναι. Voluptates non sumendum esse: proprius et Graecus est usus Gerundii. Plutarchus Moral. p. 656., D. *τὴν διαφορὰν ἐπὶ τὸ σῶμα μετοιστέον ἐστι,* Diversitas ad corpus transfe-

ferenda est. Item p. 66. C. 68, D. 92, B. 102, D. 124, A. 125, D. 137; C. 172, E. 819, A. Vit. 512, F. 566, C. Casus autem personae agentis ponitur vel dativus: ut in Isocrat. Archid. p. 23 fin. *θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστί*. mors nobis oppetenda est Platone Leg. VIII. p. 642. D. *καὶ οὐ δυσχεραντέον πολεμικοῖς ἀνθρώποις τὸν τοιοῦτον θεόν*. XII. 690. G. Aristide T. I. p. 380, 434. Plutarcho Vit. p. 233. A. 513, C. 597, D. Vel Accusativus, ut in Platone Leg. VI. p. 621, D. *πάντα τὰ τοιαῦτ' ἄρ' ἐσθ' ὑπομενητέον πάσχοντας* i. e. haec omnia patientes ferre oportet: et plura dedimus ad Plutarchi Moralia p. 122, E. Latina consuetudo fere usurpat. Part. Fut. Pass. v. c. ut in hoc loco: voluptates non esse sumendas: ita tamen, ut nonnunquam Graecam rationem sequatur: v. c. Plautus Trinummo. IV. 2. 27. Hercle opinor mihi advenienti hac nocte agitandum est vigilias. Cic. Tusc. Quaest II. 30. iterandum eadem ista mihi. ubi videndus Davisius: idemque ad Acad II. 48. Gifanius Conlect. Lucret. p. 353. unde sua habet Vechnerus Hellenol. I. 2, 33 p. 372. seq. *Wyttenbach.*

ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἡδονήν. Proprie quidem non aliud, efficitur quam *non omnem voluptatem bonum esse*. Sed quandoquidem enunciatio. *ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν ἐστι* *voluptas est bonum*, accipitur usu instar enunciationis universalis, *πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν ἐστι*, omnis vo-

voluptas est bonum; hanc non esse veram ex 2 antecedentibus efficitur. *Wyttenbach*

περαίνεται efficitur, concluditur. Sic frequens est Aristot. Analyt Prior, I 20—22 et alibi: item Stoicis apud Diog. Laert VI. 140, 141, 143, 150. VIII. 34. Hinc jocus Demonactis, ambiguitate verbi, quod penetrare significans, in re obscoena ponitur apud Lucianum T. II. 382. Hinc συμπέρασμα conclusio apud Plutarchum Moral: p. 387. C. 969. B. 1059. E. Vit. 448. A. Conferatur Fabricius ad Sextum Empiricum adv. Mathem. VIII. 128. Uptonus Indice ad Epictetum voce περαίνοντες *Wyttenbach.*

ἤθους. Ne quis forte ἔθους corrigere tentet, quia modo ἔθεσι positum erat: sciat ἔθος esse morem, consuetudinem: ἦθος autem, mores, animum, indolem: quod existit, quum natura φύσις, quibusdam ἔθεσι consuetudinibus ad quemdam habitum formatur, atque nomen ἦθος a nomine ἔθος venit. Aristoteles Nicomach II. 1. ἡ δ' ἠθικὴ (ἀρετὴ) ἐξ ἔθους περιγίνεται. ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεγκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. Magn. Moral I. 6. Eudem. II. 2. Hinc Stobaeus Eclog. II. p. 184. edit. Canteri. II. 244. edit. Heerenii: unde scriptor libelli Plutarchei de puerorum Educatione emendandus p. 2, F. ubi alia annotavimus. Et hinc quoque intelligitur quare ἦθος etiam φύσις dicatur: est enim ἦθος, quem vulgo characterem moralem dicunt, φύσις formata

ἔθεσι, quod pluribus exposuimus ad Plutarchi Quaest. Plat. I. Biblioth. Crit. P. IX. p. 16, seq. *Wyttenbach.*

τυπωθῆναι. Formari, quasi impresso extrinsecus signo, animus a Stoicis dicitur. Animadversum a Gatakero ad M. Antoninum. III. 6. VI. 16. Uptono ad Epictetum II. 19. p. 286. Idem I. 6. p. 33 — οὐκ ἁπλῶς ἐπιπίπτοντες τοῖς αἰσθητοῖς, τυπούμεθα ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκλαμβάνομέν τι, καὶ ἀφαιροῦμεν, καὶ προστίθεμεν τάδε τινὰ δι' αὐτῶν. Plutarchus Advers. Stoic. p. 1084, F. De vultu Lunae 945. A. Sympos. IV, 1. 660. C. ad quem plura dabimus. *Wyttenbach.*

μέλλοι κακῶς. imo καλῶς. Si debent se bene habere i. e. si ad sanum habitum redigenda sunt *Wyttenbach.*

παρεχόμενον. i. e. praebentem docenti indolem inertem et indocilem· Ita subinde παρέχω et παρέχομαι quasi pro ἔχω, sibi aut aliis quid praebere usurpatur. Herodotus II. 35. de Aegypto ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην. Plato Leg. III. p. 586. A. κρεῶν οὐδαμῶς ἐνδεεῖς ἦσαν. ἔτι δὲ θηρεύοντες οὐ φαύλην, οὐδ' ὀλίγην τροφὴν παρείχοντο. IV. 596. G. VII. 638. G. δειλὸς δὲ καὶ ἀγύμναστος γεγονὼς πρὸς τὸ σωφρονεῖν, μείζους καὶ σφοδροτέρας παρέχεται μεταβολὰς τῆς κινήσεως. Plutarchus de Genio Socratis p. 591. A. ἄγριον παρεχομέναις τὸ ἀλο-

ἄλογον partem irrationalem immanem habentibus. De Herodoti Malig. 862. C. De Solert. Anim. p. 991. F. De Vultu Lunae p. 943. Publicola p. 111. A. De aliis significationibus et de Activo alibi. *Wyttenbach*

ἠγωνισμένον. Auctor scribsisse videtur *ἠγμένον* educatum. Estque et dicitur Laconice institutio *ἀγωγή* Sic de canibus Xenophon. Venat. III. 3. *τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τούτων φύσει ἔχουσι. τὰ δὲ ἠγμέναι ἀνεπιστημόνως δύσχρηστον εἰσιν*. Exemplo de canibus sumto Lycurgus Spartanis illam *ἀγωγὴν* persuasit: ut refert Nicolaus Damascenus in Excerptis Valesianis p. 449. Plutarchus in Apophtegm. Lacon. p. 225. F. et Scriptor libelli de Educatione p. 3. A. quam narrationem cum hoc Musonii monito comparasse lectores non poenitebit. Forma verbi et alibi occurrit; et simili sententia in Hieroclis disputationibus ap. Stobaeum S. 76. p. 462. *ὁποῖα δὴ πολλὰ φιλεῖ γένεσθαι περὶ τοὺς πολλοὺς καὶ ἰδιωτικώτερον ἠγμένους*. *Wyttenbach.*

οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Formula minus frequens; tamen aliquoties nobis observata. Ipse Musonius in Dissertatione, cujus argumentum est Reges philosophari oportere apud Stobaeum S. 46, 338. *ἄρ' ἐσθ' ὅπως βασιλεὺς ἀγαθὸς εἴη τις ἄν, μὴ ἄνθρωπος ἀγαθὸς ὤν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν*. Sic autem prior pars interpungenda est. Plutarchus de discernendo Adulatore ab Amico p. 50. A. ubi plura apposuimus. *Wyttenbach.*

μοχλευόμενος tanquam iners pondus vectibus sublevatus. Elegans translatio. Sic Plutarchus Sympos. IV. 1. p. 662. C. *αἱ διὰ τῶν ἐπιπόνων μόγις κατὰ μικρὸν ἀνύουσι, χαλεπῶς ἐκμοχλεύουσαι καὶ προςβιαζόμεναι τὴν φύσιν.* III. 6. p. 653. F. *ἐκθλιβομένων καὶ μοχλευομένων τῶν μάλιστα συνδεῖν καὶ κολλᾶν τὸ σῶμα πεφυκότων.* Fragm. de Anima VII. 19: *αἱ ψυχαὶ πολλῷ τῷ καίρῳ κατεχόμεναι τῆς γενέσεως πολλῆς πρὸς ἀνάμνησιν δέονται τῆς μοχλείας.* i. e. animae multo generationis veterno oppressae ad reminiscentiam opus habent quasi vectium molitione. Gregorius Presbyter in vita Gregorii Naz. p. 24. A. *συνέβαινεν αὐτῷ — προσάγειν πλείονας οὐ θυμῷ πλήσσοντι, ἀλλ' ἐπιεικείᾳ τὴν ἀμαθίαν ἐκμοχλεύοντι, καὶ ἐνεξίαν ταῖς ψυχαῖς ἐμποιοῦντι διὰ τοῦ λόγου.* Bentlejus in Epistola ad Millium p. 15. Euripidis loco apud Plutarchum servato Consol. Apoll. p. 106. A. *ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν* legendum contendit *ἐκμεμόχλευνται* vel *δεσμοῖσι μεμόχλευνται*: praeter necessitatem judice Musgravio, cui nos subscribimus. Propriae significationis exempla habet H. Stephanus. Thes. L. Gr. T. II. p. 1578 seq. et Berglerus ad Aristoph. Lysistr. 429. *Wyttenbach.*

πραγματείας μείζονος etc. Oratio multis partibus turbata. Primum continuanda sic, *μείζονος ἢ ὁ τοιοῦτος* i. e. neque majore labore opus erit, quam puer ille talis Laco. Deinde *ὥστε ἔγγυον νομίζειν εἶναι τὸν πόνον τῆς τ' ἀγαθοῦ φύσεως καὶ τῆς τοῦ κακοῦ* le-

legendum τῆς τε τοῦ ἀγαθοῦ φ. κ. τ. τ. κ. ut existimaret laborem esse sponsorem naturae et boni et mali hominis. quod nec sic quidem pro solita Musonii perspicuitate dictum est. Tum in τυγχάνει ὧν ἐπυνθάνετο adipiscitur quae interrogabat: quod nullam habet idoneam sententiam: desideratur quid hujusmodi τυγχάνει οἰκεῖος ἂν ὧν ἐπυνθάνετο i. e. jam familiaris rei, de qua interrogabat. Porro in Laconis ad Cleanthem interrogatione non satis certa est significatio bonae naturae: at fuisset in asseveratione: quae hic nulla apparet. Apud Diogenem Laertium eadem res brevius traditur VII 172. Λάκωνος τινὸς εἰπόντος, ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν. διαχυθεὶς (Κλεάνθης) φησιν Αἵματος εἰς ἀγαθοῖο φίλου τέκος. *Wyttenbach.* Non dubito, quin legendum sit πραγματείας μείζονος ὁ τοιοῦτος, ἢ ὁ παῖς ἐκεῖνος ὁ Λάκων. *non majore labore opus est tali, quam puero illi Laconi, qui* etc. et sic omnia egregie convenire puto. Age totum locum hic exhibeamus. Cito et promte recipiet ille (natura meliore et Laconice educatus) dicta, tanquam sibi familiaria et ad se pertinentia, neque multis indigebit demonstrationibus, neque tali opus erit majori labore (ut ei persuadeatur) quam illi puero Laconi, qui Cleanthem interrogabat, num labor bonum esset, Ita enim videtur (promptus ille et statim paratus ad dicta philosophi recipienda) natura bonus et ad virtutem educatus, ut putet laborem sponsorem esse naturae boni et naturae mali hominis: quare, tanquam re non dubia, laborem non esse malum seu

seu potius bonum, cito assequatur, quae interrogabat. Unde etiam Cleanthes admiratus illum puerum (qui illico et non quasi *μοχλευόμενος* tandem sibi persuasisit, audito Cleanthis responso, laborem esse bonum) ei dixit: *Αἵματος εἶς ἀγαθοῖο φίλον τέκος, οἷ' ἀγορεύεις.* Ante *τυγχάνει* fortasse addendum *ταχὺ* sive *τάχα*, quod facile excidere potuit ob similitudinem literarum seq. *τυγχάνει* hocque adverbium adjungi necesse arbitror ob praecedentia *ταχέως καὶ ἑτοίμως δέξεται* cito et promte accipiet dicta, cui oppositum est *βραδέως καὶ ὥσπερ μοχλευόμενος ἐπινεύων* tarde et tamquam iners pondus vectibus sublevatus, sic demum adsentiens.

Αἵματος. Odyss. Δ. 611. *Wyttenbach.*

φανερῶν. Corrigendum *φοβερῶν.* *Wyttenbach.*

τοῦ φιλοσόφου. Aut legendum *τὸν φιλόσοφον* ut appositio sit *διδασκάλου*, aut ex textu rejiciendum: non enim sermo est de doctore philosophi, sed auditorum, discipulorum vel omnium qualiumcunque hominum; supra dixit Musonius III. 2. *καὶ μὴν ὅγε φιλόσοφος, διδάσκαλος δήπου καὶ ἡγεμὼν πάντων τοῖς ἀνθρώποις ἐστι.*

. . . *στικα εἶναι λέγειν.* Lacuna exstat in Cod. Scripto, cui explendae quum multae rationes excogitari possint, una ex his non inepta memoretur *καὶ πείθειν τῷ κατασκευαστικὰ εἶναι, ἃ λέγει; καὶ ἀνατραπῆναι μὴ ρ.* et persuadeat per id, quod ea quae di-

dicit demonstrantia sint, nec facile refellantur. — *Wyttenb.*

LIB. III. CAP. VI.

Λυκίου ἐκ τῶν Μουσωνίου. Singularis haec est inscriptio, quum ceterae omnes Dissertationes solum nomen Musonii praescriptum gerant. Et nihilominus tam haec est Musonii, quam ceterae omnes. Nec alius videtur hic Lucius, quam is, qui ceteras omnes Musonii Dissertationes scripto consignavit. Suspicor Pollioni illi Grammatico, qui teste Suida, in voce Πολλίων Musonii ἀπομνημονεύματα i. e. has Dissertaiianes scripsit, praenomen fuisse Lucium, nomen autem ex familiae Romanae Pollionum clientela, et foitasse ab ipso illo Claudio Pollione, qui teste Plinio Epist VII, 31 de Musonii vita librum ediderat: Stobaeum autem in suis Excerptis, his Musonii locis, nimium varie posuisse, Μουσωνίου et ἐκ τῶν Μουσωνίου. Sed Λυκίου librariorum culpa a ceteris, excepto hoc, capitibus excidisse. Et in Epicteti locis similem varietaten deprehendimus apud Stob. ubi aliquoties adscriptum est Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου, item Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητίου. Nam et Rufus et Arrianus Epicteti Dissertationes prodiderant. Neque etiam repugnat, quominus ipse Lucuis suorum ἀπομνημονευμάτων Musonii Epitomen fecerit: unde hic locus, ut brevior, sumtus sit. Talis fuit Epitome, sed ab alio facta, Dissertatio-

tionum Teletis: unde in eodem Codice Damasceni sub hoc titulo exstat locus, ejusdem fere atque haec Musonii est Dissertatio II. brevitatis: Ἐκ τοῦ Θεοδώρου τῶν Τέλητος ἐπιτομῆς· περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι quem locum alio, si forte, tempore prodemus. *Wyttenbach.*

ἐνέπεσε μὲν. Forte natum ex vera scriptura ἡμῖν. *Wytt.*

ἔθος ἢ λόγος. Excidisse suspicor post haec vocabula ponenda ὁ λόγος ἡμῖν, ut opinio adsit, cui Musonii opponatur; ex sequentibus saltem τῷ δὲ Μουσωνίῳ τὸ ἔθος ἐδόκει ἀνυσιμώτερον, καὶ συνήγορον τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ etc. patet praecedere debere, quid statuerint, auditores, et quid eos impulerit, ut ita cogitarent, quod posterius exprimitur per εἰ μὲν ὁ λόγος διδάσκοι ὀρθῶς τί εἴη πρακτέον, τὸ δὲ ἔθος γένοιτο κατὰ τοιοῦτον λόγον πράττειν ἐθιζομένων. Videbatur scilicet auditoribus Musonii oratio (docentis, admonentis philosophi) efficacior ad acquirendam virtutem, cum dux esset consuetudinis recte agendi, ut apud Senecam in fere simili inquisitione Ep. XCV. Beata, inquiunt, vita constat ex actionibus rectis: ad actiones rectas praecepta perducunt: ergo ad beatam vitam praecepta sufficiunt. — Ex his conjicere licet, illos qui hoc dicerent, etiam recte agere tanquam consequens praeceptorum statuisse. Itaque totum locum sic constituo: Αὖθις ἐνέπεσεν ἡμῖν ζήτησις πότερον ἀνυσιμώτερον πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς ἔθος ἢ λόγος· ὁ λόγος ἡμῖν, εἰ μὲν ὁ λόγος διδάσκοι ὀρ-

ὀρθῶς τί εἴη πρακτέον, τὸ δὲ ἔθος γένοιτο κατὰ τοιοῦτον λόγον πράττειν ἐθιζομένων, τῷ δὲ Μουσωνίῳ τὸ ἔθος ἐδόκει ἀνυσιμώτερον καὶ συνήγορον τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ ἤρετο τῶν παρόντων τινὰ οὕτως. Rursus incidit nobis quaestio, utrum efficacior esset ad virtutem comparandam consuetudo an oratio: *oratio nobis*, siquidem oratio doceat recte quid sit faciendum, consuetudo autem sit secundum hanc orationem agere adsuescentium, *Sed Musonio consuetudo videbatur* efficacior, et ad defensionem *opinionis suae* rogavit quendam praesentium ita — Facile autem accidere potuisse, ut *ὁ λόγος ἡμῖν* ob similitudinem *λόγος εἰ μὲν* exciderit, quis non videt?

διδάσκει. Constructio postulat *διδάσκοι. Wytt.*

ἐθιζομένων. Bene habet nec mutandum *ἐθιζόμενον.* Sensus est: si ratio quidem recte doceat, quid faciendum sit, consuetudo autem ita fiat, ut homines secundum hanc rationem agere adsuescant. Est haec Genitivi Participiorum vis nondum satis animadversa: v. c. apud Plutarchum in Bruto p. 1000, A. *πολλάκις ἀφῄρει τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ ἄκαιρον αὐτοῦ μετὰ παιδιᾶς δεχομένων*, omisso *καὶ* verba obscura ceterum sic interpretanda: Favonius sedabat saepe dissensiones, quum dissentientes ejus importunitatem cum joco exciperent. De Fortuna p. 98, E. *ὀρχήσεις τε μανθάνει (ὁ ἐλέφας) καὶ χορείας καὶ προσκυνήσεις· οὐκ ἀχρήστως τῶν τοιούτων παρεισαγομένων* i. e. cum talia non inutiliter introdu-

ducantur. — Symposiac. VI. 4. 690, D. τὰ ἡμέτερα σώματα λουσαμένων ψύχεται μᾶλλον. Plura alibi. *Wytt.*

τινα. Οὕτως. Rectius sit τινα οὕτως. *Wytt.*

περὶ τῶν ἰατρικῶν. Mendosum. Forte verum fuerit θεωρίαν. Sed hoc antecedentia postulant fulciri addito τὴν ut sit, περὶ τὴν τῶν ἰατρ. θεωρίαν. *Wyttenbach.* Ita corrigendum et legendum conjicio, τοῦ μὲν ἱκανοῦ λέγειν καὶ περὶ τῶν ἰατρικῶν ὡς ὅτι ἐμπειρότατα apto ad dicendum vel de rebus medicis *quam peritissime.* Quod ad illa ὡς ὅτι juncta adverbio superlativi gradus attinet, et ita simul posita augendae significationis vim habentia vid. Vigerus de Idiot. c. VIII., Sect. X., p. 562. (ed Hermanni) et ibi Hogeveen. Sic Clemens Alex. Paed. I., p. 59. ὡς ὅτι ἐλάχιστα ἁμαρτάνειν πειρώμεθα. Paed. II., p. 117. ὡς ὅτι, μάλιστα τὴν μέθην φυλαττώμεθα. et Strom. III. p. 326. ὡς ὅτι μάλιστα ὁμοιοτάτην εἰκόνα. Plato Legg. X. p. 390. ὡς ὅτι μάλιστα ἀγριώτατος.

οἷα ἱκανά Forte πλοῖα ἱκανά navigia satis multa. *Wytt.*

ἱκανώτατον λέγει. Praestat ἱκανώτατα λέγειν. Requiritur tamen plenius ἱκανώτατος ᾖ λέγειν i. e. plurimum facultatis habeat ad dicendum, quomodo oporteat gubernare. *Wytt.*

χρησ...

χρης . . . In promtu est quod lacunam expleat χρήσχιο. *Wytt.*

ὃ εἶπε. Imo ὅς εἶπε, quae est solennis dialogi formula. *Wytt.*

καὶ λέγοντος αὐτοὺς πιθανώτατον. Malim καὶ λέγειν αὐτοὺς πιθανωτάτου. *Wyttenbach.* Equidem praefero καὶ λέγοντος αὐτοὺς πιθανώτατα.

ἐπιτρέψαι. Legendum ἐπιτρέψαις. *Wytt.*

παιδὸς οὐκ εἴδοι. Nihili vocabulum forte natum ex εἰδότος i. e. pueri musica ignorantis. *Wytt.*

τὸν ἐν τοῖς ἱκανόν. Sententia postulat τὸν ἐν τοῖς ἔργοις ἱκανὸν aut simile quid. *Wytt.*

τῇ πράξει. Verum est τάξει, a quo librarium frequens in hoc loco vocabulum πρᾶξις abduxit: τάξις, locus, ordo, et δύναμις vis, momentum sic componuntur. Fluxit hoc ex Demosthenis nobili sententia in Orat. Olynth. III. p. 12, A. τὸ γὰρ πράττειν τοῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐστι. Quod Longinus imitatus est de sublimi, initio fere: ἐπὶ πάσης τεχνολογίας δυοῖν ἐπαιτουμένων, προτέρου μὲν, τοῦ δεῖξαι τί τὸ ὑποκείμενον, δευτέρου δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου, πῶς ἂν ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο, καὶ δι' ὧν τινων μεθόδων κτητὸν γένοιτο. — notavit etiam

Ruhnkenius. Conjunxit Aristides Orat. tom. II. p. 262. τῇ τάξει καὶ τῇ δυνάμει τρίτον ἡ τέχνη. *Wytt.*

LIB. III. CAP. VII.

Hoc capite inquiritur, an eadem ratione docendi et educandi sint filii et filiae, in qua quaestione Musonius plerumque more Socratico agit, ut statim initio apparet, iisdem exemplis usus. vid. Plato de Rep. V. p. 166, 167. τὰς θηλείας τῶν φυλάκων κυνῶν πότερα ξυμφυλάττειν οἰόμεθα δεῖν ἅπερ ἂν οἱ ἄῤῥενες φυλάττωσιν, καὶ ξυνθηρεύειν, καὶ τἆλλα κοινῇ πράττειν; — κοινῇ, ἔφη, πάντα. — οἷόν τ᾽ οὖν, ἔφην ἐγὼ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρῆσθαι τινὶ ζώῳ, ἂν μὴ τὴν αὐτὴν τροφήν τε καὶ παιδείαν ἀποδιδῷς; οὐχ οἷόντε. εἰ ἄρα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ταὐτὰ χρησόμεθα καὶ τοῖς ἀνδράσι, ταὐτὰ καὶ διδακτέον αὐτάς; ναί. Aristoteles Polit. II. c. 3. dissentit a Platone. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν θηρίων ποιεῖσθαι τὴν παραβολὴν, ὅτι δεῖ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν, οἷς οἰκονομίας οὐδὲν μέτεστι.

εἰ τὴν αὐτήν. Ita recte edidit *Wyttenbach* pro ἐπὶ, uti in Ms legitur.

ἢ δι᾽ ἑτέρων. Sensus requirit ἀλλὰ δι᾽ ἑτέρων

οἷον τε ὄν. In Ms. οἷον τε οὖν. *W.*

ὅτι

ὅτι δὲ οὐκ ἄλλαι ἀρεταὶ etc. Haec omnia Socratica, a quibus dissentit Aristoteles Polit. I. 8. ὥστε φανερὸν ὅτι ἐστὶν ἠθικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, οὐδ' ἀνδρία καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης.

οἰκονομοίη. In Ms legitur οἰκονομίη. *Wytt.*

μὴ δίκαιος. In Ms ἡ μὴ δ. *Wytt.*

σωφρονεῖν μὲν οὖν. Clemens Alexand. Strom. IV. 362. εἰ δὲ ἀνδρὸς ἀρετὴ σωφροσύνη δήπουθεν καὶ δικαιοσύνη, καὶ ὅσαι ταύταις ἀκόλουθοι νομίζονται, ἀνδρὶ μόνῳ ἐνάρετῳ εἶναι προσήκει, γυναικὶ δὲ ἀκολάστῳ καὶ ἀδίκῳ. ἀλλὰ ἀπρεπὲς τοῦτο καὶ λέγειν. σωφροσύνης οὖν ἐπιμελητέον καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἁπάσης, ὁμοίως μὲν γυναικὶ, ὁμοίως δὲ ἀνδρί.

πρῶτον ἀδικήσει τὸν ἄνδρα etc. Deesse quid videtur. *Wytt.* Forte addendum: ἔπειτα καὶ τοὺς ἄλλους. De Eriphyle vid. Schol. ad Plat. Rep. IX. p, 346. Clemens Alexand. Paed. II. p. 149. Ἐριφύλη, ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα.

τοὺς ἐνεχομένους. In Ms. additur αὐτοῖς quod omisit *Wytt.*

ἀμυντικὸν ἔχειν. Forte ἀμυντικῶς. *Wytt.*

ὀρνίθων θηλειῶν. Ex Platone ductum. Leg. VII. p. 638. A. πολλή που κακία πολιτείας, οὕτως αἰσχρῶς τὰς γυναῖκας εἶναι τεθραμμένας, ὡς μήτ' ὥσπερ ὄρνιθας περὶ τέκνων μαχομένας πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἰσχυροτάτων θηρίων θέλειν ἀποθνήσκειν τε καὶ πάντας κινδύνους κινδυνεύειν. *Wyttenbach.*

διαλλάττονται. Forte διαμάχονται *Wytt.* Sic Plato in Convivio p. 259. οὐκ αἰσθάνῃ ὡς — τὰ πεζὰ καὶ τὰ πτηνά — ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις. De Legg. VII. p. 249. de mulieribus eadem disciplina, qua viri imbuuntur, imbuendis: ὥστ' οὐδ' εἴ τις ποτέ διαμάχεσθαι περὶ πόλεώς τε καὶ παίδων ἀναγκαία τύχη γίγνοιτο, ὡς τινες Ἀμαζόνες etc.

Ἀμαζόνων γένος. Dicenti haec Musonio forte illa Platonis de Legg. VII. p. 247. in mentem venerunt. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ μὲν ἐμὸς νόμος ἂν εἴποι πάντα ὅσα περ καὶ περὶ τῶν ἀρρένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν. καὶ οὐδὲν φοβηθεὶς εἴποιμ' ἂν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτε ἱππικῆς, οὔτε γυμναστικῆς, ὡς ἀνδράσι μὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναιξὶ δὲ οὐκ ἂν πρέπον. ἀκούων μὲν γὰρ δὴ μύθους παλαιοὺς πέπεισμαι, τὰ δὲ νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμηται γυναικῶν εἰσι τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυρομάτιδας (Amazones) καλοῦσιν, αἷς οὐχ μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων καὶ τῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἴση προστεταγμένη, ἴσως ἀσκεῖται. Clemens vero Alexandrinus Strom. IV. p. 363. a sententia Pla-

Platonis et Musonii dissentit. *οὐ τινας Ἀμαζόνας τὰ πολεμικὰ ἀνδρείας ἀσκοῦμεν τὰς γυναῖκας. ὅπου γε καὶ τοὺς ἄνδρας εἰρηνικοὺς εἶναι βουλόμεθα.* etc.

ἀνασκησία μᾶλλον ἢ τό. Forte corrigendum *ἀνασκησία μᾶλλον συμβαίνοι ἢ τῷ πεφυκέναι τὰς αὐτὰς ἀρετὰς ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Ἀνάγκη οὖν πᾶσα καὶ τροφὴν κ. τ. λ.* *Wyttenbach.* Leniori medicina, quam qua usus Wytt. Cl. *I. ten Brink* locum sanavit, ita legendo: *ἀνασκησία μᾶλλον εἴη ἢ τὸ μή.* Equidem conjicio sic legendum: *ἀνασκησία μᾶλλον ἂν εἴη ἢ τὸ μὴ πεφυκέναι πρὸς τὰς αὐτὰς ἀρετὰς ἄνδρα καὶ γυναῖκα.* Xenophon. Oecon. 7. 28. *διὰ δὲ τὸ τὴν φύσιν μὴ πρὸς πάντα ταὐτὰ ἀμφοτέρων εὖ πεφυκέναι.*

παντὶ γὰρ ζώῳ καὶ φυτῷ, τὴν ἐπιμέλειαν τὴν προσαγομένην ὀρθῶς ἐμποιεῖν χρὴ τὴν ἐκείνων προσηκοῦσαν ἀρετήν. Pro *ἐκείνων* legendum *ἐκείνῳ* censet *Wyttenbach.* Comparationem illam hominis cum planta et animali duxit ex Platone de Legg. VI. p. 194. *παντὸς γὰρ δὴ φυτοῦ ἡ πρώτη βλάστη καλῶς ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς αὐτοῦ φύσεως, κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, τῶν τε ἄλλων φυτῶν καὶ τῶν ζώων ἡμέρων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνθρώπων.* Ita Clemens Alex. Paed. II. p. 154. *ἑκάστου καὶ φυτοῦ καὶ ζώου κάλλος ἐν τῇ ἑκάστου ἀρετῇ εἶναι συμβέβηκεν· ἀνδρία καὶ εὐσέβεια.* Aristoteles Polit. I. 1. *θῆλυ καὶ ἄῤῥεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς* ect.

ἀμφοτέρους ἂν ἐπ' ἴσον τὴν ἀτλητικὴν etc. Adumbravit illud Platonis. ex Rep. V. p. 167. εἰ ἄρα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ταὐτὰ χρησόμεθα καὶ τοῖς ἀνδράσι, ταὐτὰ καὶ διδακτέον αὐτάς; Ναί. Μουσικὴ μὲν ἐκείνοις τε καὶ γυμναστικὴ ἐδόθη; Ναί. Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἄρα τούτω τὼ τέχνα καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἀποδοτέον; etc.

καὶ σωφρονεῖν κ. ἀ. μ. κ. δικαιοσύνης etc. Imitatus est Clemens Alex. Strom. IX. p. 363. σωφροσύνης ἐπιμελητέον καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἁπάσης, ὁμοίως μὲν γυναικὶ, ὁμοίως δὲ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ καὶ δούλῳ. ἐπειδὴ μίαν καὶ τὴν ἀρετὴν εἶναι τῆς αὐτῆς φύσεως συμβέβηκεν.

ου γὰρ ὁμοίως. Videtur requiri οὐκ ἄρ' *Wytt.*

Τί οὖν καὶ ταλασίαν ect. Vocabula ταλασία et ταλασιουργία non tantum de lanificio sed etiam de arte textrina dixerunt Graeci. Plato in Lyside p. 148. ἀλλ' ἄρα, ἐπειδὰν οἴκαδε ἔλθῃς παρὰ τὴν μητέρα, ἐκείνη σε ἐᾷ ποιεῖν, ὅ, τι ἂν βούλῃ, ἵν' αὐτῇ μακάριος ἦς, ἢ περὶ τὰ ἔρια, ἢ περὶ τὸν ἱστὸν, ὅταν ὑφαίνῃ. οὔτι γάρ που διακωλύει σε ἢ τῆς σπάθης, ἢ τῆς κερκίδος, ἢ ἄλλου του τῶν περὶ ταλασιουργίαν ὀργάνων ἅπτεσθαι. — Textrinam autem et lanificium esse mulierum non virorum, statuens Musonius, in eo imitatur Platonem, ut praeter l. l. patet ex lib. VII. de Legg. p. 248. παρέδομεν ταῖς γυ-

γυναιξὶ διχταμιεύειν τε καὶ κερκίδων ἄρχειν καὶ πάσης ταλασίας. Alcibiad. I. p. 35. cap. XLVII. ΣΩ. Οἴῃ οὖν, ὦ Ἀλκιβιάδη, ἄνδρα γυναικὶ περὶ ταλασιουργίας δύνασθαι ὁμονοεῖν, τὸν μὴ ἐπιστάμενον, τῇ ἐπισταμένῃ; ΑΛ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Οὐδέ γε δεῖ οὐδέν. γυναικεῖον γὰρ τοῦτο μάθημα. Antiquissimis vero temporibus in hoc opus viros incubuisse testatur Lucretius V. vs. 1353 et seq.

Et facere ante viros lanam natura coëgit
Quam muliebre genus: nam longe praestat in arte,
Et sollertius est multo genus omne virile:
Agricolae donec vitio vertere severi,
Ut muliebribus id manibus concedere vellent,
Atque ipsi potius durum sufferre laborem
Atque opere in duro durarent membra manusque.

ἰσχυροτέρας φύσεως τῆς τῶν ἀῤῥένων etc. Aristoteles Oecon. I. c. 3. οὕτω προῳκονόμηται ὑπὸ τοῦ θείου ἑκατέρου ἡ φύσις, τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς πρὸς τὴν κοινωνίαν. διείληπται γὰρ τῷ μὴ ἐπὶ ταὐτὰ πάντα χρήσιμον ἔχειν τὴν δύναμιν, ἀλλὰ ἔνια μὲν ἐπὶ τἀναντία, εἰς ταὐτὸ δὲ συντείνοντα. τὸ μὲν γὰρ ἰσχυρότερον, τὸ δὲ ἀσθενέστερον ἐποίησεν. etc.

οἰκουρία. γυμναστικὴ δὲ ἀνδράσι .... θυραυλία. etc Xeno-

nophon Oeconom. c. VII. 30. καὶ καλὰ δὲ εἶναι ὁ νόμος ἀποδείκνυσιν, ἃ ὁ θεὸς ἔφυσεν ἑκάτερον μᾶλλον ἂν δύνασθαι. τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον ἔνδον μένειν (quod Musonii οἰκουρία est) ἢ θυραυλεῖν, τῷ δὲ ἀνδρὶ αἴσχιον, ἔνδον μένειν, ἢ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι.

μεταχειρίσειν τ' ἄν. Forte μεταχειρίσαιντ' ἄν. *Wytt.*

πάντα μὲν γὰρ ἴσως ἐν κοινῷ etc. Plato de Rep. I. p. 172. ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζώοιν. καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ ἀνήρ. Illud ἐν κοινῷ κεῖται Xenophon expressit per εἰς τὸ μέσον κατέθηκεν. (ὁ θεὸς) Oecon. cap. VII. 27. Ut autem difficultas quaedam, quae legentibus oboriri possit, tollatur, Musonius hoc velle significare arbitror. Omnia *fortasse* ἴσως opera humana communia esse et viro et mulieri, sed quae ad virtutem referantur, ea *recte, jure* ὀρθῶς aequaliter convenire utrique generi. Xenophon Oecon. VII. 28. censet τὴν φύσιν (viri et mulieris) μὴ πρὸς πάντα ταὐτὰ εὖ πεφυκέναι sed 27 τὸ ἐγκρατεῖς δὲ εἶναι, ἂν δεῖ, εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκε etc. cum quibus Musoniana ὅσα μέντοι etc. conveniunt.

ἀνδρῷα καλεῖται. Forte καλοῖτ' ἄν, ut sensus requirere videtur, qui huc redit: Omnia enim fortasse in communi jacent opera humana: suntque communia virorum et mulierum, et nihil sepositum ex necessitate alteri, nec aptiora alia huic, alia il-

illi naturae, ob quae alia virilia *vocentur*, alia muliebria.

εἴτι καὶ τὰς. Legendum εἴγε. *Wytt.*

μᾶλλον καὶ. Lege ἤ. *Wytt.*

τοῦτο δὲ κακόν. Temere positum, Sic ponendum videtur εὐθὺς διδακτέον ταυτὸν, ἀμφοῖν, ὅτι τοῦτο μὲν ἀγαθὸν, τοῦτο δὲ κακὸν κ. τ. λ. *Wytt.*

δίδω πρὸς. Lege αἰδῶ. *Wytt.*

πρὸς ἅπαν αἰσχρόν. Videtur quid deesse. *Wytt.*

ἔστι τοίνυν πλεονεξίαν etc. Eldikius conjecit ἔτι τ. πλ. vid. Philom. vol. II. p. 260. sed non necesse.

ἐπιτελεῖ. Lege ἀποτελεῖ. *Wytt.*

ἤπερ νὴ Δία. Forte εἰ γάρ. *Wytt.* Sed cum hoc mox occurrat, mihi hic minus placet. Quidni legamus εἴπερ κ. τ. λ. *Ten Brink.*

καιριώτατα καὶ μέγιστα. Paulo ante auctor dixit: *fugere studium aliis eripiendi iisque plus habendi, aequalitatem colere, et velle benefacere, sed nolle male facere, pulcherrimam esse disciplinam:* quibus verbis describit duas praestantissimas et maximas virtutes, *justitiam* et *beneficentiam*, quarum prior

omnibus virtutibus aliis praefertur a philosophis Graecis et Latinis e. c. a Platone apud Stobaeum p. 104. de Rep. l. X. Polus Pythagoreus apud Stob. p. 105. *δοκεῖ μοι τῶν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν ματέρα καὶ τιθηνὰν τῶν ἄλλων ἀρετᾶν προσειπεῖν.* Cicero de Off. 1. 7. justitia, in qua *virtutis splendor est maximus*, ex qua viri boni nominantur; et huic conjuncta beneficentia. Clemens Al. Strom. VII. p. 509. *ὅσα τε περὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης, τῆς τε ἐπὶ πᾶσι παντελοῦς ἀρετῆς δικαιοσύνης.* — Haec cum ita se habeant, pro *καιριώτατα* forte legendum *κυριώτατα*, quod adjectivum saepius cum *μέγιστα* conjunctum legitur. Musonius ipse supra II. c. 2. *τὸ δὲ μέγιστον καὶ κυριώτατον, ἵνα ἀγαθοὶ ὦμεν, καὶ δίκαιοι, καὶ σώφρονες δίχα πόνων οὐ παραγίνεται.* Plato de Rep. IX. p. 337. *μέγιστον καὶ κυριώτατον τῶν πτωμάτων.* Plutarchus de Educ. Liberis c. VII. p. 13. *τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ κυριώτατον τῶν εἰρημένων ἔρχομαι φράσων.* de Fortuna p. 309. *τὰ μέγιστα καὶ κυριώτατα πρὸς εὐδαιμονίαν.* Clemens Alex. Paed. I. p. 92. *μεγίστην τῆς ἐπανορθώσεως δύναμιν καὶ τὴν κυριωτάτην κάθαρσιν.* Strom. II. p. 304. *τὰ κατὰ φύσιν μέγιστα καὶ κυριώτατα.*

τεχνίτου τινὸς ἐχόμενον. Eldikius *τεχνικοῦ τ. ἐ.* atqui vulgatum est Atticum: sic *ὅσα διδασκάλων ἔχεται*, quae a magistris docentur. *Wytt.* Philom. II. p. 260.

ἀλ-

ἀλλὰ ταῦτα. Forte τὰ αὐτὰ *Wytt.* Hoc omnino sensus requirit. Propius etiam ad Ms. lectionem accedat, si contracte legatur ταὐτά. *Ten Brink.*

τραχύτητα περὶ λόγους. Quod sequitur adjectivum περίττην tam ad τραχύτητα quam ad δεινότητα pertinere opinor et significare *nimiam quamdam orationis elegantiam, verborum affectationem, et dicacitatem.* Hesychius explicat στωμύλλεσθαι per τραχυνῶς λαλῆσαι. Oppositum vocc. τραχύτης περίττη videtur mihi κοσμιότης. Sic κοσμίως et περιτράνως (quod idem ac περίττῃ τραχύτητι) opponuntur apud. M. Anton. VIII. 30. p. 305. ubi vid. Gatakerus.

πάνυ τι τοῦτο. Aut videtur delendum τι aut pro τοῦτο legendum τοιοῦτο. *Ten Brink.*

φιλοσοφία καλοκαγαθία. Sine dubio legendum καλοκαγαθίας et sic *Wytt.* quoque correxit in Philom. II. p. 260. Eodem modo Musonius supra I. 3. philosophiam definit: τὸ φιλοσοφεῖν καλοκαγαθίας ἐπιτήδευσις ἐστι.

LIB. III. CAP. VIII.

Ἑκάστου πράγματος, ἀγαθὸν. Excidisse videtur ὅτι. *Wyttenbach.*

Φα-

φαίνεται γὰρ το. Forte *γὰρ διὰ φιλοσοφίας. Wytt.*

εἴγε ἕκαστον. Ms. habet *ἀείγε· ἕκαστον. Wytt.*

ἡ. φιλοσοφία. Ms. habet *ἡ. Wytt.*

καὶ ὁ φιλόσοφος. Recte quidem *φιλοσοφία* dicitur *ἐπιστήμη περὶ βίον* non item *ὁ φιλόσοφος.* Igitur post vocem *φιλοσοφία* punctum ponendum esse arbitror, ac deinde scribendum: *καὶ ὁ φιλόσοφος, ὥσπερ ἔλεγε Σωκράτης. κ. τ. λ. Ten Brink.*

ἀγαθόν τε τέτυκται. Homericum dictum. Odyss. Δ, 392 celebratum a Socrate vid. Diog. Laert. II. 21: Davisius ad Cic Tusc. V. 4. nos ad Plutarchum Praec. Sanitatis Tuendae. p. 122, D. *Wyttenbach.*

ἐπὰν ἀνὴρ εἴη etc. Legendum *εἴτε ἂ Wytt.* forte potius *εἴτ᾽ ἄν.*

δίκαια δ᾽ οὐκ ἂν εἴη. Ad finem hujus sententiae post voc. *καθαρά* interrogandi signum puto esse ponendum. Deinde non video quomodo uxor dici possit *ὁμονοίας συνεργός*, neque quomodo uxor dici possit *ἀνδρὸς κηδεμών.* Ita legendum opinor: *οὐδ᾽ ὁμόνους καὶ ἀγαθὴ ἀνδρὸς συνεργὸς, οὐδὲ τέκνων ἐπιμελὴς κηδεμών. Ten Brink.* Equidem conjeci ante *φιλοσοφοῦσα* excidisse *μή.*

τὸ ἴσον φιλόσοφον. Retinendum *ἴσον.* Si aequalitas convenit philosophiae: in hanc rem multa Valckena-

narius ad Eurip. Phoenis. 541. *Wytt.* Philom. II. p. 261.

αυτῇ μέγα φρονεῖν. In Ms. additur post *αυτῇ*, *μεμελετήκεναι.*

γυναῖκα ταύτην. Lego *τοιαύτην.* *Ten Brink.*

προσήκουσι γένει. Videtur quid excidisse. *Wytt.*

ει τινα φιλόσοφος etc. Hic comparatur *φιλόσοφος λόγος* cum *λόγῳ ἰατρικῷ*: et *φιλόσοφος* semper *ἔχει λόγον* quamvis non semper *διδάσκει.* Igitur hunc locum sic lego: *ει τις φιλόσοφον ἔχει ἢ διδάσκει λόγον.* *Ten Brink.*

ὅταν αἰδῶ etc. Lego *ὁ τὴν.* *Wytt.*

ει ζῆν etc. Ms. habet *ἀγαθόν τι ζῆν.* Id.

AN-

ANNOTATIONES

IN FRAGMENTA ET APOPHTHEGMATA BREVIORA.

Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν. Horat Ep. I. 4. Omnem crede diem tibi diluxisse *supremum*. Seneca. Ep. 61. Id ago, ut mihi instar totius vitae sit dies; non tanquam *ultimum* rapio, sed sic illum adspicio, tanquam esse vel ultimus possit. Antoninus VII. 69. τοῦτο ἔχει ἡ τελειότης τοῦ ἤθους τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν μήτε ναρκᾷν, μήτε ὑποκρίνεσθαι.

Τί προβαλλόμεθα. Gesnerus minus recte vertit: *cur reos agimus*. vertendum: cur tyrannorum exemplo utimur, quo nos defendamus (ab exprobrationibus, quo peccata nostra excusemus). Eadem est loquendi ratio, qua quis προβάλλεται scutum et similia arma, quibus se defendit ab ictibus hostium. Xenophon M. S. III. c. 8. ἔστι δὲ ἀσπὶς καλὴ πρὸς τὸ προβαλλέσθαι. Aeschines in Ctesiph. 6. ἀλλ᾽ οὖν προβάλλονταί γε τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. Dio Chrys. Orat. XLIX. p. 559. ποῖα δὲ ὅπλα, ποῖα δὲ ἐρύματα

πρὸς

πρὸς ταῦτα προβέβληνται; Plutarchus Sept. Sap. Conv. cap. 15. *ἀφροδισίων δὲ νύκτα καὶ πολλοὶ προβάλλονται σκότος* i. e. tenebras nocturnas tanquam clypeum praetendunt rebus venereis. Latinorum est *projicere*. vid. Periz. ad Aelian. V. H. II. 44. — Seneca. de Ira. II. cap. 31. Musonii sententiam ita expressit: *Regis quisque intra se habet animum, ut licentiam sibi dari in alterum velit, in se nolit.*

Θεόδωρος ὁ Κυρηναικός. Nonnihil differt ab ea narratione Cicero Tusc. Quaest. V. 40 Theodorus Lysimacho mortem minitanti: magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.

Κακίαις αὐτῶν πλάσσονταί τινες ῥημάτων εὐπρέπειαν, τὸ μὲν φιλοσώματον ἁπλοῦν, τὸ δὲ φιλάργυρον προμηθεὺς ἀποκαλούμενοι. Locus videtur corruptus, primum enim; quid simile inter *φιλοσώματον* et *ἁπλοῦν*? Legendum puto *φιλοσκώμμον ἁπλοῦν*, quod posterius de ea virtute accipiendum, qua aperte agimus et quae vera sunt dicimus, opponiturque ea significatione *ἁπλοῦς* homini insidioso *ἐπιβούλῳ* (Xenophon M. S. III. 1. 6. Theophrastus I. 4.) simulanti et dissimulanti, si occasio ferat, et tecte agenti. Apud Platonem in Hippia p. 219. appellatur Achilles *ἀληθὴς καὶ ἁπλοῦς* auctoritate Homeri, a quo Achilles ita Ulyssem alloquens inducitur *Ὀδυσσεῦ Χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν, Ὥσπερ δὴ φρονέω τε, καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω.*

ὀζω. qua significatione idem est, quod εὐφυὴς, quod Hesychius interpretatur per ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων (in voc. εὐφυὴς, ubi vid. Alberti.) Horatius talibus ὑποκορίσμασι in vita communi utendum praecipiens, inter alia etiam haec: — at est truculentior atque *Plus aequo liber, simplex* fortisque habeatur. Serm. I: 3. 51. Nec parum lucis affert hic locus Taciti Annal. XVI. 10. Ac dicta factaque ejus quanto *solutiora* et quandam sui negligentiam praeferentia, tanto gratius in speciem *simplicitatis* accipiebantur. Alterum vitium latet in προμηθεὺς. Pro eo Gesnerus in margine προμήθειαν, quod cum nimis differat a προμηθεὺς, malim προμηθὲς, ut ita adjectiva neutro genere substantive posita sibi opponantur. De hoc genere ὑποκορίσμου, quo τὰ τῆς ἀρετῆς ὀνόματα τῇ κακίᾳ περιτιθέασι, ut Plutarchus ait in lib. de Discr. Adul. et Amici. c. XVIII. p. 181, vid. Ruhnk. ad Timaeum in V. ὑποκορίζεσθαι et Moer. Att. in V. ibique Pierson.

κἂν ἡδονῇ κανονιστέον etc. Et in voluptate, qua suavia metimur haec sequenda est regula: nil temperantia suavius; et in dolore, quo fugienda metimur, haec sequenda est regula: nil intemperantia gravius. *Nieuwland.*

ἀρχὴ ἀκολασίας τὸ etc. Sic edidi secundum Scovium p. 168. ubi haec annotavit: B. C. E. W. ἀρχὴ ἀκο-

ἀκολασίας τὸ μὴ κ. Deerat ἀκολασίας. Gesner: ἀρχὴ τοῦ καλῶς (l. κακῶς) ποιεῖν τὸ μὴ κ. Sententiam Musonii ita expressit Clemens Paed. II. p. 125. τὸ ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἀτακτεῖν, μελέτην ἐμποιεῖ τοῦ καὶ εἰς τὰ ἔργα ἀκοσμεῖν.

ἅρπαζε τὸ καλῶς ἀποθνήσκειν etc. Isocrates in Orat. ad Demon. p. 21. C. eadem fere suadet, et in bello versantibus ad Nicoclem. p. 43. B.

οὐ πολὺν διάγουσι — ἀλλὰ τὸ ἔξεστι. Id est qui non justi regis sed tyranni instar pro arbitrio cum sibi subjectis agunt, nec curant quid deceat, sed *liceat* non diu vivunt et imperant. Nero apud Suetonium c. 37. negavit quemquam principum scisse quid sibi *liceret*. Forte Musonius hic de hoc dicto Neronis cogitavit.

ANNOTATIONES

IN

FRAGMENTA EX DISSERTATIONIBUS EPICTETICIS.

Θρασέας εἰώθει. Thrasea Poetus philosophus Stoicus vixit temporibus Neronis. Tacitus Ann. XVI. 21. trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit interfecto Thrasea Paeto et Barea Sorano. Mart. Epigr. I. 8. magni Thraseae et IV. 54. Thrasea constantior ipso. Plin. VIII. Ep. 22. Mandemus memoriae quod vir mitissimus et ob hoc quoqne maximus Thrasea crebro dicere solebat: Qui vitia odit, homines odit. Vide etiam Xiphilinum in vita Neronis, ubi inter alia haec sunt (p. 994 ed. Reim.) *τοιοῦτος μὲν ὁ Θρασέας ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν. ὁ ἐμε* (C. *ὅτι*) *Νέρον ἀποκτεῖναι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ οὔ*: *Upton.* Hunc Thraseam quamvis metueret Nero, tamen suspexit et admiratus est eum judicem teste Plutarcho in *Πολιτ. παραγγ. ὥσπερ ὁ Νέρων ἐκεῖνος ὀλίγον ἔμπροσθεν ἢ κτεῖναι τὸν Θρασέαν μάλιστα μισῶν καὶ φοβούμενος, ὅμως ἐγκαλοῦντος τινος ὡς κακῶς κεκριμένου καὶ ἀδι-*

κῶς·

κῶς· ἐβουλόμην ἄν, ἔφη, Θρασέαν οὕτως ἐμὲ φιλεῖν, ὡς δικαστὴς ἄριστός ἐστι.

Ῥοῦφος εἶπεν. C. Musonius Rufus, Tusci generis, equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus est: verba sunt Taciti Hist. III. 81. vid. Annal. XIV. 59. et XV. 71. Scribit Xiphilinus (p. 1087. ed. Reim.) Vespasianum philosophos omnes excepto Musonio, Roma expulisse. vid. A. Gellius XVI. c. s. Extant plurimae ejus apud Stobaeum sententiae. *Upton.* vid. de Musonio praeter Nieuwlandum Heerenius in Comment. de Fontibus Eclogar. Joannis Stobaei §. 47. p. 205. et imprimis Cl. Hamaker Lect. Ppilost. p. 112 et seqq.

ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτῶν λόγον. Vulgo omnes τὸν αὐτὸν λόγον. ubi fortasse τὸν ἑαυτῶν λόγον. non lucubrabimus expoliendae nostrae orationis causa? ut participium τελικῶς exponatur, ἀγρυπνήσομεν ἐξεργαζόμενοι pro ἵνα ἐξεργαζώμεθα. Si quis convertere maluerit, eadem oratione expolienda ignaviam nostram defendimus, non impedio: ut sententia sit: in ea disputatione ignavos esse occupatos, ut persuadeant, Dialectica non opus esse. *Wolfius.* In eandem cum Wolfio sententiam τὸν αὐτῶν λόγον scribere jussit Salmasius. Et ego fidenter αὐτῶν correxi, et in contextum recepi. Vid. not. ad vs. 18. Uptonus vulgatum tenens interpretatus est, ut ipsam expoliamus rationem: quod nec per se admodum placere potest, nec Graeca verba reddit: nam τὸν αὐτὸν λόγον non est ipsam ra-

rationem, sed eandem rationem. Oportuerat saltem *ἀυτὸν τὸν λόγον*. His scriptis ipsum *ἀυτῶν* diserte expressum vidi in nostro Cod. p. c. *Schweigh.*

μή τι τὸν πατέρα ἀπέκτεινα. Proverbialiter dicitur de re maxime flagitiosa. Sic Horat. Epod. 3.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit. *Upton.*

τί οὖν ἐποίησας; Quid ergo fecisti, rogas? Potius *τί οὖν ἐποίησα;* quid ergo feci? *Upton.* Quidni Epictetus sic quaerere potuit? quid ergo fesisti? *Schweigh.*

ἐπεί τοι τοῦτ' ἀυτὸ. ἐπεὶ τοι e suo Cod. et Ms. Par. adoptavit Uptonus pro nudo *ἐπεὶ*, quod olim edebatur. Et habent *ἐπεί τοι* omnes p. a. b. c. Mox pro *ἀυτὸ τε καὶ ἐγὼ*est *ἀυτό τε καὶ ἐγὼ* in p. c. Forsan *ἀυτό γε* debuerat. *Schweigh.*

'Ρούφῳ. De Musonio Rufo vid. Supra. *Upton.*

τὸ παραλειπόμενον ἓν ἐν συλλογισμῷ. Voculam *ἓν* ex ed. Ven. et Bas. restitui, cum in Coloniensi et sequentibus temere esset omissa: *τὸ παραλειπόμενον ἓν* idem fere est, sed paulo significantius atque *τί παραλειπόμενον*, aliquid, proprie illud quoddam, quod omissum erat. *Ἑις, ἓν* pro *τις, τὶ* saepe apud Po-

Polybium observavimus. In Cod. p. 6. eadem vocula ἐν punctis superne positis nonnullis, ut delenda notatur: temere et praeter rem. *Schweigh.*

μὴ, γὰρ ἔφην τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα; Ita optime restituit noster Codex, pro quo alii οὐχ οἷον μὲν φημὶ, τὸ Καπιτώλιον κατέσκαψα. Ceterum Capitolium incendere pro atrocissimo facinore apud Romanos habebatur. Cicero de Amic. c. 11. Etiamne, si te in Capitolium faces ferre vellet? *Upton* Scriptura olim vulgata οὐχ οἷον μὲν φημὶ, quam quidem et Cod. tenent nostri, ex interpretatione alterius, originem cepisse videtur. Pro κατέσκαψα, quod in Ven. et Bas. erat, κατέσκαψας habet Ed. Genev. et Col. pro quo κατέσκαψα rescribere jussit Salmasius, et sic rursus dederunt Ed. Cant et Lond. Habent etiam κατέσκαψα nostri Cod. p. a. b. sed p. c. in contextu κατεσκεύασα ponens in ora ad Uptoni Scripturam accedit haec notans: ἴσως, μὴ γὰρ ἔφην τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα. *Schweigh.*

ταῖς φαντασίαις ταῖς ἀυτοῦ. Pro ἀυτοῦ. *Upton.* In vulgatum ἄυτοῦ consentiunt nostri libri, sed in p. c. uterque est impositus spiritus. *Schw.*

βλέπειν τὸ καθ' ἀυτὸν καὶ οὐ καθ' ἀυτὸν,, nescio an non legendum sit τὸ κατ' ἀυτὸν καὶ οὐ κατ' ἀυτὸν sc. λόγον ipsam logicam; sed suo fruatur lector judicio. *Upton.* — Immo vero quid sit τὸ καθ' ἀυ-

τὸν καὶ οὐ καθ' αὐτὸν perspicue intelligitur ex iis, quae vs. 18 et seq. leguntur. Et vulgatum recte tenent libri omnes. *Schw.*

τούτων δ' οὐδὲν. De particula δὲ, a qua coeperat periodus, repetita in apodosi, dixi ad I. 6 24. *Schw.*

Ῥοῦφος. Rufo praeceptore Romae usum esse Epictetum jam vidimus I. 7. 32. *Sch.*

πειράζων με Tentandi mei causa; nempe quo cognosceret, quid sentiam, quid responsurns essem, quid profecerim in usu praeceptorum, quae in ejus schola mihi inculcata erant. *Schw.*

συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο. Accidet tibi hoc et illud a domino. Ex iis quae sequuntur colligo, τὸ συμβήσεται in bonam accipi partem; quasi Rufus Epicteto spem fecisset, impetrandi alicujus beneficii ab Epaphrodito hero ipsius. *Wolfius* — Utrum de re tristi, an de laeta accipienda sint verba ista, haud satis apparet. Cf. quae mox ad versum seq. notamus. *Schw.*

ὅτι ἀνθρώπινα, Esse humana; h. e. res externas et non nostri sed alieni juris, caducas et mutabiles, sive bonae sive malae esse videantur. Significavit Epictetus se heri sui liberalitatem erga se parvi facere eaque carere posse." *Wolfius.* Ambigue quo-

quodammodo et obscure responsum ad nostrum quidem sensum. Quod si vocab. ἀνθρώπινα ea notione accipias, qua in Enchir. c. 26. usurpatur, intelligendum fuerit illud συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο vs. praecedenti de re tristi, quae in malis vulgo habetur. Cui tamen repugnare videtur id, quod proxime Rufus ait, τί οὖν ἐκεῖνον παρακαλῶ; παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος; ubi αὐτὰ λαβεῖν evidenter referri videtur ad illud, quod dixerat συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο. Sed rursus in his ipsis etiam verbis παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος difficultas inest, de qua mox videbimus. Etiam Wolfium impeditum se sensisse in interpretando hoc loco ex annotatione ejus intelligatur, quae non satis expedire rem videtur. Tentavi alias notiones vocabuli ἀνθρώπινα: sunt haec homine digna; sunt ejus viri, qui hominem se esse cogitat, et ita agit ut homine dignum est: aut sunt haec humana, i. e. clementia, ut ἀνθρωπινὸς idem fere ac φιλάνθρωπος valeat; cujus notionis exempla nonnulla H. Stephanus in voc. ἀνθρωπίνως ex Demosthene citavit. Quae omnia sic intelligi poterunt, ut Epictetus significaret: se heri sui liberalitatem non omnino parvi facere (ut Wolfius ait) sed agnoscere quidem, at non nimium spe ista sibi facta exsultare, aut laetitia efferri, verum aequo animo exspectaturum id, quod tempus tulerit. At nisi de vera scriptura verbornm proxime sequentium constiterit, nihil ne de hujus quidem sententia definiri posse videtur. Germanicus interpres in alia omnia hic

 dic-

discedens sic convertit, quasi esset: ego nihil aliud volo vel desidero, nisi id quod homini est necessarium. *Schweigh.*

Τί οὖν ἐκεῖνον παρακαλῶ, παρὰ σοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυνάμενος. Ad παρακαλῶ annotavit Meibomius (non Salmasius, ut ait Upton.) παρακαλῇ forsan. quid itaque ipsum depreceris? si τὸ παρακαλῶ ad Rufum referatur etiam sequens δυνάμενος erit primae personae participium. Quid si, τί οὖν, ἔφη, ἐκεῖνον παρακαλῶ, σοῦ παρὰ σαυτοῦ αὐτὰ λαβεῖν δυναμένου. *Upton.* Si id, quod Epicteto ab hero eventurum praedixerat Rufus, triste aliquid et incommodum fuerat, poterunt nunc haec verba absque mutatione sic intelligi. Quid ergo illum (pro te) deprecer? cum id ipsum (quod ab illo pro te petere possem, sc. ne quid mali tibi accidat) a te impetrare possim; scilicet quum jam parum abesse te videam ab illa animi fortitudine et constantia, ut nihil, quod extrinsecus accidat, laedere te possit. Sed haec quidem contorta nonnihil et coacta videtur interpretatio; et in eam sententiam saltem pro αὐτὰ videtur τὰ αὐτά vel ταὐτὰ fuisse dicendum, sin faustum fuit, quod praedixerat Rufus; (v. c. in libertatem mox ab hero manumissum iri Epictetum) poterunt ea verba, de quibus nunc quaerimus, in hanc sententiam accipi: Quid ergo porro ego Epaphroditum pro te orem? cum id, quod ab illo pro te petere possim (ut stet promisso, ut expleat spem mihi de te factam) a te ipso im

impetrare possim, nempe ut tu ipse te in libertatem, in eam, quae unice vera libertas est, vindices. Sed fateor ne hanc quidem interpretationem omni ex parte mihi satisfacere. Et utique incommodat verbum *δυνάμενος* ad Rufum relatum, quod videbatur ad Epictetum debere. Neque vero Uptoni emendatio, quam adoptavit Germanicus interpres satis liquido fluere: omnem disficultatem tollere videtur. Equidem nihil definio, et e melioribus Codd. si qui supersunt, lucem requiro; nostri quidem nihil hoc loco praesidii afferebant. Interim rebus omnibus expensis, probabilior ratio videtur, ut illud *συμβήσεταί σοι τοῦτο* de re tristi accipiamus, et vocabulum *ἀνθρώπινα* eodem sensu, quo in Enchir. c. 26. accipitur. res humanae i. e. quae in hominem cadere possunt, quae homini non incxspectatae esse debent. *Schweigh.* Corruptum esse locum conjicio, qui parva mutatione facta sanari mihi posse videtur. *τί οὖν ἐκεῖνον παρακαλῇ, παρὰ σοῦ τὰ σὰ* sive *τὰ σοῦ λαβεῖν δυνάμενος*; quid igitur ab eo peteres cum tua bona (i. e. animi magnitudinem, constantiam et sim. quae non ut *ἀνθρώπινα* alienae sunt potestatis) a te accipere possis, (quae tibi nec dari nec eripi possunt) Hanc meam qualemcunque conjecturam confirmant sequentia *οὐχ οὕτως ἀναίσθητος ἔσομαι τῶν ἐμῶν κτημάτων*: nam regnum, opes, gloria et sim. ad externa et adiaphora Stoici referebant. Epicteti Enchir. c. 1. *ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ'*

 ἡμῖν

ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. etc. Quae non in potestate nostra sunt vocat Epictetus δοῦλα et ἀλλότρια in Enchir. Quod attinet ad συμβήσεταί σοι τοῦτο ἢ τοῦτο accipio de re laeta. Musonius forte Epicteto dixerat, dominum ipsius eum esse donaturum agris, pecunia, libertate, dominatu; quae hic. ἀνθρώπινα caduca, instabilia et aliena existimans prae veris et suis bonis respuebat. quod patet ex responso Epicteti ad Musonium.

ὅ ἐξ ἀυτοῦ τις ἔχει. E superioribus editt. revocavi, cum citra necessitatem in ἀυτοῦ esset mutatum ab anon. editore Lond. a quo Uptonus accepit. In ἀυτοῦ cum vett. edit consentit p. a. et id quoque primo fuerat in p. 6. c. Sed in his deinde in ἀυτοῦ mutatum. *Schweigh.*

ἀγρὸν παρὰ σοῦ λάβω; Agrum a te accipiam? Non intelligo istam magnitudinem animi non accipientis ea quae offeruntur, nisi forte jam iis ante abundes, et nemimi quidquam debere videri velis. Ego certe panem acciperem esuriens, si nulla turpitudo, nulla fraus cum ea liberalitate conjungeretur. Idem Epicteto non invideo laudem constantiae, si emori fame, quam alieno beneficio emori voluit. *Wolfius.* — Atqui non ita morosus fuit Epictetus, ut ejus praecepta Wolfium offendere debuerint. Pertinet hoc praeceptum ad hominem ignavum et humilem, qui, cum sui ipsius curam gerere et honesto labore vitam sustentare bono Deo posset, angitur,

cu-

cupit, invidet, miratur, timet et ex aliena spe et ex hominum gratia unice pendet. *Schweigh.* Epictetus, credo, vult significare se cum a semet ipso, posset λαβεῖν τὸ μεγαλόψυχον καὶ γενναῖον spernere ac contemnere casui et fortunae objecta et externa velut ἀγρὸν, ἀργύριον, ἢ ἀρχὴν, quae ignavus iste, de quo paulo ante locutus erat, adeo appetebat.

γράφειν ἐπιστολὰς ὡς ὑπὲρ νεκροῦ etc. Respicit vs. 27. Simul vero alludit, ni fallor ad morem imperatorum, qui post cladem proelio acceptam, ab hostili imperatore missis literis atque nuntiis petunt, ut sibi copia fiat sepeliendorum mortuorum. Haud satis mihi liquere profiteor, sed eodem pertinere videtur quod proxime ait τὸ πτῶμα ἡμῖν χάρισαι τοῦ δεῖνος. Hominem, qui bona sua extra se in rebus ad corpus pertinentibus, non in se ipso et in animo suo quaerit: quique adeo in rebus externis et ex aliorum hominum gratia et arbitrio pendet; hunc hominem cadaver, corpus mortuum, corpus anima destitutum appellat; corpus quod non aliam animam habet, nisi vitam animalem, quae in sanguine inest: quo et spectat, quod addit, καὶ ξέστην αἱματίου. Quae locutiones ad hanc sententiam adaptatae, nescio an ex aliquo poeta ductae sunt. Illud video ξέστην αἱματίου pro vita similiter usurpari in dicto illo, quod Cyrenaico Theodoro Seneca tribuit de Tranq. Animi c. 14. Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem et quidem insepultam. Habes, inquit, cur tibi pla-

placeas; hemina sanguinis in tua potestate est etc. cujus tamen dicti nec apud Diog. Laërt. II. 102. nec apud Cic. Tusc. I. 43. ubi ejusdem comminationis fit mentio, vestigium occurrit. Senecae locum Uptonus in Indice ad voc. ξέστης indicavit. *Schweigh.*

ει δ' ἦν πλέον. Putares particulam δὲ rursus hic, ut saepe alias, operarum vel editorum errore pro γὰρ irrepsisse; de quo errore supra dictum sed nunc quidem libri in δὲ consentiunt omnes, neque id male: nam sic utique apud optimos scriptores Graecos nonnunquam particula illa usurpatur, ut idem fere ac γὰρ valeat. *Upt.*

ὅτι ἄλλος δι' ἄλλον οὐ δυστυχεῖ alium per alium non esse in calamitate. Intelligitur deprecatore igitur nihil esse opus. *Wolfius* Corrupte δ' ἄλλον pro δι' ἄλλον erat in Ven. et Bas. Tacite correxit Wolfius in Notis, ubi haec verba citavit; inde in seq. editt. correctum. Verum tenent Codd. nostri. Est autem δι' ἄλλον propter alium, alterius culpa. Cf. II. 16. 40. I. 28. 23. *Schweigh.*

οὐδὲ γὰρ τυρὸν ἀγκίστρῳ λαβεῖν. neque enim caseus (tenellus) hamo capitur. Apophthegmate tali usum quoque Bionem refert Laërt. his verbis: ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ θηρᾶσαι μειράκιον· οὐχ οἷον τε, εἰπεῖν, ἁπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἐπισπᾶσθαι. *Schegkius.* Fortas-

tassis addendum epithelon ἁπαλὸν ut est apud Diog. Laërt. *Wolfius* Pro certo addendum epitheton ἁπαλὸν; aliter nullo sensu dicitur. vid. Laërt. IV. 47. *Upton.* At necessitatem addendi huius adjectivi mihi non persuasit vir doctus: nec enim adsumentum ejusmodi mire convenit cum brevitate proverbii; et per se intelligebatur ductum esse hoc proverbium a molli caseo atque recenti, quo plerumque utebantur veteres. Itaque vide, ne apud Laërt. vox ἁπαλὸν praeter necessitatem adsuta sit. *Schweigh.*

κἂν ἄνω βάλῃς. Vulgo ἀναβάλῃς. Sed edit. Salm. ἀναβάλῃς et in margine ἄνω βάλῃς. *Upt.* In ἄνω βάλῃς, quod et Salmasius hic reponere ex conjectura jusserat, consentiunt nostri libri p. a. b. c. Sed ὅτι quod praecedit ante ὡς ὁ λίθος deest in p. a. b. *Schweigh.*

ἐνεχθήσεται κάτω ἐπὶ γῆν τῇ αὐτοῦ κατασκευῇ. Sic ex conjectura correxi. Vulgo omnes ἐνεχθ. κάτω ἐπὶ τὴν αὐτοῦ (αὐτοῦ temere ed. Lond. et Upton.) κατασκευήν. Quod quo pacto citra animadversionem praeterire potuerint interpretes, mirari subit: nec enim ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κατασκευὴν significat suopte nutu, ut Uptonus cum Wolfio vertit, nec in suum locum, ut Schegkius. κατασκευὴ est fabrica et natura cujusque rei. ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κατασκευὴν nihili prorsus est. Quare aut ita oportebat, ut correxi, aut

aut *ἐνεχθήσεται κάτω ἐπὶ γῆν κατὰ τὴν αὐτοῦ κατασκευήν.* A scriptura olim vulgata non discedunt Codd. nostri *Schweigh.*

ἐφ' ᾧ πέφυκεν. Lego *ἐφ' ὅ.* Wolf. sic et Salmasius. At utrumque recte dicitur: quare non sollicitanda vulgata, nisi ei litem faciant veteres libri. Et *ἐφ' ὅ* quidem (ut voluerant, quos dixi, Interpretes) offert noster pc. In *ἐφ' ᾧ* vero consentiunt p. a. b. *Schw.*

Ῥούφῳ τις ἔλεγε etc. Quid hoc dictum ad hunc locum facit? An exemplnm hominis indocti inepte loquentis profert? *Wolfius.* Quae sequuntur de Rufo fortasse ex Miscellaneis sunt et inde divulsa a cap. superiori XI. vel XIV, nisi ad cap. XVII spectant, atqne ibi in fine reponenda. *Comes Shaftsbur.*

ὁ δὲ μὴ παρέργως ποτ', ἔφη, ἀπὸ Γάλβα κατεσκεύασα. Videtur irrisio esse inepti argumenti. Quasi vero non alii Galba longe deteriores diu floruissent; si igitur unins Galbae interitus confirmat providentiam, eandem Tiberii et aliorum successus evertunt. *Wolfius.* Expostulatio est et quasi exprobratio Providentiae ob mortem Galbae boni principis. Male accipit Wolfius. *Comes Schaftesbur.* — Posteriorem hanc rationem probavi; et pro nudo puncto in fine sententiae interrogandi signum posui, ad

ad eamdemque rationem Latinam versionem accommodavi: quam id recte, doctiores viderint. Galba mediocris princeps, multis tamen, cum antecessore Nerone praesertim collatus, optimus videri potuerat qui caedem ejus ut publicam calamitatem deplorarent. Fuit cum in praecedentibus verbis pro ὅτι νῦν προνοίᾳ fortasse ἔτι νῦν scribendum suspicarer, sed in loco tam obscuro quid attinet hariolari? *Upton.* Wolfium presso pede sequens posteriora verba Latine sic reddiderat: At ille nunquam obiter, inquit, adeo per Galbam mundum administrari providentia probaverim. *Schweigh.*

Τό δὲ Λυκούργου. Hoc fragmentum 67 est apud Stobaeum Serm. XIX. p. 167 περὶ Ἀνεξικακίας p. 368. Edit. Scovii; ubi exhibetur sub hoc titulo: Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας, quem titulum Latine sic reddidit Gesnerus; Rufi ex dictis Epicteti de Amicitia. Idem titulus notatus est ad Fragm. 69 et 134 et ad aliud, quod nos in supplementis Fragmentorum num. 169 exhibebimus; ductum ex Stobaei Eclogis Eth. lib. II. p. 199. ed. Canteri. Quo in titulo verba ista ἐκ τῶν περὶ Φιλίας sic accipio, ut duxerit haec Fragmenta Stobaeus ex aliqua Dissertationum Epicteti, quae περὶ Φιλίας erat inscripta: quemadmodum illud Arriani Epictetei (ut quidem titulus habet) Fragmentum, quod ab eodem Stobaeo Ecl. Phys. p. 6: ἐκ τῶν περὶ Προνοίας inscriptum est. Et exstat quidem in quatuor libris Dissertat. hodie superstitum lib. I. c. 3. quod ipsum

sum caput ibi περὶ προνοίας inscriptum est. Et exstat quidem in quatuor libris Dissertationum superstitibus cap. 22. lib. II. περὶ Φιλίας inscriptum, in quo nec Fragmentum hoc num. 67. nec ullum ex aliis, quibus eundem titulum adjectum diximus, hodie reperitur. At quemadmodum in libris, qui supersunt passim videmus duas diversas Disputationes eodem titulo insignitas; (v. c. l. I. c. 4. et c. 16 rursusque. l. III. c. 17. quorum capitum quodlibet περὶ Προνοίας inscriptum est) sic credibile est in aliquo ex deperditis Disputationum Epicteti libris fuisse aliam dissertationem περὶ Φιλίας inscriptam; in qua disputatione plura quaedam praecepta a Musonio Rufo tradita commendaverat Epictetus. Eumdem Rufum praeceptorem olim suum, passim idem Epictetus laudat in Dissertationum libris, qui supersunt (vid. I. 1 27. et ibi not. I. 9. 29. etc.) Alia vero nonnulla Fragmenta quae sub nudo titulo περὶ Φιλίας vulgo apud Stobaeum leguntur, per errorem a Fragmentorum collectoribus ad Epictetum auctorem relata esse, suo loco docebimus. In nostro Fragm. 67 cum vulgo ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον sine articulo legeretur, τῶν ὀφθαλμῶν scripsi cum Schow', praeeuntibus tribus codicibus. τιμωρήσαιτο vero cum eodem ex 2 aliorum codicum praescripto in τιμωρήσηται mutari nil opus esse putavi: quoniam in hujusmodi connexione particula ἵνα perinde cum optativo et cum subjunctivo recte construitur. *Schweigh.* Recte addidit articulum τῶν *Schw.* cum

apud

apud Pausaniam in Laconicis cap. 18. 1. adjectus legatur articulus Λυκοῦργον λέγουσιν ἐκκοπέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον ὑπὸ Ἀλκάνδρου etc. De facinore Alcandri juvenis et animi aequitate Lycurgi conferri cum hoc loco meretur Plutarchus in Lycurgo c. XI.

Ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον etc. Fragm. 69. ap. Arrian. Apud Stobaeum S. XX. p. 172 περὶ Ὀργῆς (p. 382. ed. Schow.) ubi annotatur esse Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτ. περὶ φιλ. de quo titulo modo dictum ad Fragm. 67. In ipso Fragm. duorum verborum (συνδῆσαι et συναρμόσαι) prius pertinet ad τὴν ὁρμὴν τῆς τοῦ ὠφελίμου φαντασίας, posterius ad τὴν τοῦ προσήκοντος. *Schw.*

Τὸ δὲ οἴεσθαι etc. Fragm. 70. Apud Stobaeum ibidem, eodemque ex fonte. Pro eo, quod hic scripsimus κατὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι βλάψαι et κατὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι ὠφελεῖν utrobique κατὰ τὸ δυνατὸν εἶναι legitur in omnibus Stobaei Editionibus; unde absurdam et quasi nullam existere sententiam nec Meibomius vidit, nec Uptonus, nec nuperus Stobaei editor; qui omnes intactum hunc locum, ne adnotatione quidem adjecta, reliquerunt. Et Meib. quidem et Uptonus, quaenam vis hoc loco verbo νοεῖσθαι inesset, non assequentes, Latine sic verterunt (vel perverterunt magis) sententiam: Dicimus

enim illum minime contemnendum, qui intelligat, quando nocere possit; etc. Haud dubie rectius curaturus erat hunc locum prudentissimus Wolfius, si eum inter fragmenta Epicteti reperisset: sed praetermiserat hoc ipsum fragmentum cum aliis nonnullis proxime sequentibus Epicteti Editor Basileensis, cujus collectionem unice ille ob oculos habuit. At perspecte jam olim Stobaei Editor Gesnerus corruptum esse hoc fragmentum, prout vulgo legebatur, viderat: et Graeca licet verba intacta retiquerit, in Latina tamen versione emendandi rationem satis commodam adhibuerat: pro *φαμὲν γὰρ τὸν εὐκαταφρόνητον τὸν ἀκαταφρόνητον* interpretatus hoc modo: Asserimus enim aliquem extra contemptum esse. Et expeditissima quidem haec certissimaque videri potest emendatio, cum praesertim satis constet *εὐ* et *α* per librariorum errorem frequenter inter se permutata reperiri. Mihi vero et gressui orationis et connexioni sententiae multo aptius convenire visum erat, si vocabnlum *εὐκαταφρόνητον* positive expressum, sicut initio fragmenti teneretur; praedicatum autem utriusque enunciationis, quae seqnitur, negative (*ἀδύνατον* pro *δύνατον*) exprimeretur. Ceterum pro *νοεῖται* sub finem sententiae possis *νοεῖσθαι* desiderare, ut supra; sed et vulgatum percommode stare potest. *Schweigh.*

Ὅτι τοιαύτη ἡ etc. Fragm. 134. Exstat apud Stobaeum

baeum S. 106. p. 569. citaturque sub nomine Rufi ex Epicteti dictis de Amicitia. Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας de quo titulo supra diximus ad Fragm. 67. Quod ait, ὅτι τοιαύτη etc. intellige Epictetum hoc commemorasse ut a Rufo dicta. Ibid. καὶ νὴ Δία. Forsan καὶ γὰρ νὴ Δία, quod et in versione expressum. Nam divina, quae dicit, elementa videtur intelligere. *Sch.*

ἐὰν πρὸς ταῦτά τις ἐπιχειρῇ τρέπειν τὸν νοῦν. Verbum τρέπειν ex Gesneri conjectura ad oram annotata receperunt Meib. et Upton. In contextu apud Stobaeum ῥέπειν legitur, quod vide, ne verum sit, τὸν νοῦν accipiendo pro κατὰ τὸν νοῦν vel τῷ νῷ conf. III. 19 3. — Ibid. μουσικῶς i. e. ἐναρμόστως. Cf. Fragm. 36. *Schweigh.*

τῶν ὄντων τὰ μὲν etc. Fragm. 169. Haec Fragmenta, quae partim haud dubie ad Epictetum auctorem referuntur, partim probabili ratione ad eundem referri posse putavi, subjicere iis, quae ab Editore Epicteti Basileensi, a Meibomio et Uptono collecta sunt, visum est. Primum hoc, quod num. 169 posuimus, legitur apud Stobaeum in Eclogis Ethicis lib. II. p. 199. ed. Canteri et adscriptum ibi habet nomen: Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας· quo de titulo vide, quae supra monuimus ad Fragm. 67. In ipso hoc fragmento

in Stobaei Edit. quam dixi, legebatur εὔροι, ἐυθυμία, pro quo εὔροια, ἐυθυμία nil cunctatus correxi. Quod deinde ait, ἡμᾶς συμψήφους χρὴ τῷ Θεῷ γενέσθαι idem est, quod alibi ὁμογνωμονεῖν τῷ θεῷ dicit II. 16. 42. II. 19. 26. Paulo post cum abessent verba, quae uncis inclusi, sententiae ratio non constabat: quod intelligens etiam Canterus, in Graeco quidem nihil mutaverat, in Latina vero versione partim defectum adposito asterisco judicaverat, partim etiam voces nonnullas adjecerat hoc modo: quae quidem in nostra sunt potestate * quae autem non sunt etc. Ego in Graeco etiam exemplo hiatum explere conatus sum, verbum ἐπιμελεῖσθαι adsciscens ex Diss. I. 1. 12 et 14. Verba vero ex conjectura adjecta, uti par erat, uncis inclusi. Porro cum ἐπιστρέψαι mendose scriptum esset ἐπιτρέψαι correxi: quemadmodum Graeci dicunt ἐπιτρέπειν τινι περὶ τινος (qua forma Thucydides, Polybius aliique utuntur) intelligendo τὴν κρίσιν, τὴν διοίκησιν, τὴν ἐπιμέλειαν περί τινος. Sic et percommode τινός absque περὶ dici poterat. Ceterum Cf. Diss. I. 12. 24. Schweigh. — Hoc Fragmentum invenitur in Stobaei Eclog. II. c. 8. 30. p. 356. (edit. Heerenii.)

τῶν ὄντων etc. Male Cant. τῶν ὄντα μὲν ἐφ' ἡμῖν. pro quo Codd. V. A. recte τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ ἡμῖν. *H.*

τὰ

τὰ δ' οὐκ. Supplevi ἐφ ἡμῖν, quod negligentia librarii excidisse videtur in Codd. *H.*

τὴν χρῆσιν τ. φ. Est scilicet ἡ χρῆσις τῶν φαντασιῶν ex Stoicorum systemate *notionum nostrarum de rebus externis veroque earum pretio ratio:* unde omnis fere vitae philosophia pendet. *H.*

εὔροια, εὐθ. Rescripsi pro εὔροι ap. Cant. Frequens est apud Stoicos vocis εὔροια et εὐροεῖν usus ad felicem vitae cursum, adeoque ipsam animi tranquillitatem affectibus non turbatam, metaphora a flumine ducta, designandam. Exempla vid. ap. Schweigh. in Ind. Graec. ad Arrian. sub. h. v.

διελόντας τὰ πρ. Manca haec erant ap. Cant. Exciderant ibi verba τῶν μὲν ἐφ' ἡμῖν πάντα τρόπον ἀντιποιεῖσθαι, τὰ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἐπιτρέψαι (sic enim Codd. V. A. pro ἐπιστρέψαι) τῷ κόσμῳ etc. quae supplent codd. V. A. *Heeren.*

---

p. 272. ad loc. Gellii. ἄξιος οὖν etc. Dignus argento, ut ita illum confestim dimittamus, vel innuit tacite pecuniae possessionem saepe indignis contribui. Forsan alludit ad servos ἀργυρωνήτους, qui pretio comparantur. *Thys.* Immo dignus argento,

 quod

quod relinquet illum qualis est, non emendaturo, ut simile ad similem veniat. *Gronov.* Stoici argentum inter ἀδιάφορα ponebant, respondetque ideo Musonius dicentibus istum nebulonem *nulla re bona* dignum, ἄξιος οὖν ἐστὶν ἀργυρίου, cum argentum non ad bona pertineat.

FINIS.

AD-

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 141. vs. 3. τοῦτο Heeren ad Eclog. Stob. p. 427. edidit τοῦτου.

— 141. vs. 4. νομοθέτα lege νομοθέται.

— 142. vs. 3. ὅτις pro hoc H. edidit ὅστις.

— vs. 14. ἄνθωπον l. ἄνθρωπον.

— vs. 13. προαίρετον in V. pro quo codd. A. E. habent πρὸς ἀρετὴν, quam lectionem dubitari nequit esse veram. Id enim est, quod omni hoc loco probare studet Musonius hominem a natura ipsa *ad virtutem* comparatum esse. H.

Pag. 142. vs. 22. εἶθ' omnes codd. ἦθ' etsi in A. notula addita mendum in eo latere indicatum est. Legendum forte: ἦ γ' οὕτως ἀποκρίνεται ὁ ἐρωτηθεὶς, *sane vel sic interrogatus respondebit;* sive ἦ γε τούτῳ ἀπ. ἐρ. *sane huic respondebit interrogatus.* H. Praefero εἶθ'

— 143. vs. 16. ὅτι supplevi ἢ ὅτι quod praecedens διὰ τί flagitat: est enim nexus sententiarum: *quid enim est aliud, nisi quod.* H. Non necessarium est. Post ὑπισχνεῖται ponatur interrogandi signnm, ut ego edidi, et ab ὅτι incipit responsio.

— vs. 17. ὑποβολὰς supplendum videtur ἀυτῶν artium harum principia non a natura ipsa nobis indita esse verum in ὑποβολὰς omnes desinunt Codd. addito in Esc. λείπει quo plura adhuc deesse patet. Horum vero nullum amplius vestigium superest, nisi quod Photius capitum indicem, quae olim altero hoc Eclogarum libro continebantur, servaverit, quorum inscriptiones adeo ex Photio supplevi. Discimus inde quantum ex opere Stobaei perierit; ea autem in bibliotheca adhuc latere, post disquisitiones a me institutas vix sperandi locus superesse videtur. H.

— 151. vs. 5. ὠφέλιμοι l. ὠφέλιμον.

— 157. vs. 19. ἔγε l. εἴγε ἔχοι.

Pag.

Pag. 160. vs. 7. ὄιετας l. ὄιεται.

— — vs. 9. σαταγ. l. καταγ.

— — vs. 13. ἂμαρτ. l. ἁμαρτ.

— — vs. 15. ἀμαρτανει l. ἁμαρτάνει.

— 161. vs. 18. ἐξελθόντας. Planiorem melioremque lectionem ex Par. A enotavit Grotius καὶ οὔτε ἀμυναμένους Φαίνονται τοὺς πλημμελήσαντας, καὶ οὔτε ἄλλον τρόπον ἐπεξελθόντας. vid. Wytt. Anim. ad Plut. de S. N. V. p. 161.

— 164. vs. 12. τούτοιο l. τούτοις.

— 165. vs. 5. τρὸς l. πρὸς.

— 187. vs. 13. πλού l. πλούτῳ.

— 190. vs. 1. ἑτοιτατα l. ἑτοιμότατα.

— 191. vs. 21. ἀκράπου l. ἀκράτου.

— 194. vs. 3. οὔπως l. οὕτως.

— 196. ἐργάζεται ἔργον. Dictio Platoni familiaris Rep. I. p. 30, 40, 41. et sic in pluribus locis.

— 196. vs. 5. Σωκράτους, ὅς. Vellej. II. 41. *Sommo et cibo in vitam, non in voluptatem uteretur;* ubi alia laudat Ruhnk, qui et Musonium comparavit in addendis.

Pag.

Pag. 197. vs. 12. ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος. In margine Gesneri πλεῖστον. sed vulgata lectio bene se habet. Sic Plato de Rep. II. p. 53. (Ed. Ster.) τὰ ἄδικα ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος λέγουσι, ad quem Scholiastes p. 394. ἀντὶ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

— — v. 15. πᾶν forte καὶ sive κἂν τι τ.

— 203. vs. 6. κὰν l. καὶ.

— 212. vs. 20. γυννικῶν l. γυναικῶν.

— 216. vs. 5. μᾶλλοκ l. μᾶλλον.

— 218. vs. 21. θηρίον l. θηρίου.

— 220. vs. 22. ἀυτῷ. l. ἀυτῷ,

— 228. vs. 15. πεπράγμενον l. πεπράμενον.

— 230. vs. 6. ἑτερον l. ἑτερὸν.

— 232. vs. 1. ἐπίγονα l. ἐπίπονα.

— 334. vs. 1. ἀποδείξεων; l. ἀποδείξεων,

— 236. vs. 10. ταῦθα l. ταῦτα.

— 243. vs. 5. φελος l. ὄφελος.

— — vs. 19. φαίθ' l. φαίη.

— 247. vs. 4. πις ἐιη l. τις ἔιη.

— 250. vs. 2. πεφύκα σι l. πεφύκασι.

Pag.

Pag. 275. vs. 1. Saturnalia etc. Idem habet Macrobius Saturn. I. 5.

— — Typographus omisit hoc Musonii apophthegma ex Aristide Serm. Sacr. VI. p. 362, quod igitnr h. l. lectori offero: *Προτρέπων μέ τις θαῤῥῆσαι Μουσωνίου διῄει λόγον· ἐκεῖνος βουλόμενος, ἔφη, τινα ἀναστῆσαι κάμνοντα, καὶ ἀπειρηκότα, ὀυτωσί πως ἐιπεῖν καθαπτόμενος· τι μένεις; ποῖ βλέπεις; ἢ μέχρι ἄν ἀυτὸς ὁ Θεὸς, παραστάς σοι φωνὴν ἀφίῃ; ἔκκοψον τὸ τεθνηκὸς τῆς ψυχῆς, καὶ γνώσῃ τὸν Θεὸν.*

— 287. vs. 10. *σφόδρκ* l. *σφόδρα.*

— 288. vs. 21. urbis l. urbs.

— 296. vs. 11. *προδοεῖν* l. *προδοῖεν.*

TYPIS A. ZWEESAARDT.
AMSTELODAMI.